NOUUM TESTAMENTUM
LATINE

WORDSWORTH

London
HENRY FROWDE



OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE
AMEN CORNER, E.C.

NOUUM TESTAMENTUM

DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

ERRATA

Page 512, note to ver. 38, last line, for *r.* read *gr.*
„ 597, „ „ „ 34, first line, *for* **audimus** *read* audimus
„ 627, „ „ „ 28, line 19, *for* ederente. *read* ederent *e.*

Wordsworth's Vulgate

Oxonii
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
M DCCC LXXXIX

NOUUM TESTAMENTUM

DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM RECENSUIT

IOHANNES WORDSWORTH, S.T.P.
EPISCOPUS SARISBURIENSIS

IN OPERIS SOCIETATEM ADSUMTO

HENRICO IULIANO WHITE, A.M.
SOCIETATIS S. ANDREAE
COLLEGII THEOLOGICI SARISBURIENSIS UICE-PRINCIPALI

PARTIS PRIORIS FASCICULUS PRIMUS

EUANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM

Oxonii
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
M DCCC LXXXIX

IN HOC PRIMO FASCICULO INSUNT HAEC

PRAEFATIO EDITORUM PROLEGOMENORUM LOCO EUANGELIIS PRAEMISSA.

CAP. I. *De operis ratione et de difficultatibus eius.*

UNDECIM fere anni elapsi sunt ex quo editor huic labori, textum sc. Hieronymianum Noui Testamenti ex codicibus antiquis eruendi, manum primam adposuit. Opus sane ob multitudinem testium et uarietatem recensionum, ut omnes docti sciunt, difficile est. In quo multa quidem per hoc tempus clariora euenerunt, sed multa iam dubia sunt, praesertim cum pauci in hoc codicum Latinorum labyrintho fidi duces exstiterint. Quid antecessoribus suis Desiderio Erasmo, Roberto Stephano, Ioh. Hentenio, Antonio Carafae, Lucae Brugensi, Iacobo Lelong, Ricardo Simon, Ricardo Bentleio, Iohanni Walker, D. Casleio, Iohanni Martianaeo, Petro Sabatier, Carolo Vercellone, Constantino Tischendorf, F. H. A. Scrivener, Brooke Foss Westcott et F. I. A. Hort, ceterisque qui his studiis lucem attulerint haec opera nostra debuerit, partim in fasciculo primo textuum ueterum Latinorum Oxonii editorum iam monstratum est[1]. Sed nemo ex his, quantum scimus, codices in familias, quas critici uocant, distinguere ausus est, nec forsan etiam nunc quae inter uarios fontes ratio intersit diserte exponi potest[2].

Causae enim tres sunt ex quibus librarii in textu describendo huc illuc ab archetypo Hieronymiano trahi poterant, praecipue in Euangeliis. Primum est desiderium quo tenebantur unius cuiusuis Euangelii emendandi ad exemplum aliorum, ut nihil quod ad sensum necessarium uel utile uideretur omitterent; 'unde accidit' ut uerbis Hieronymianis utamur 'ut apud nos mixta sint omnia.' Secunda est recordatio ueteris interpretationis, uel illius quae Hieronymo ad manus fuisse credenda sit, uel alius cuiusdam quae scribae per se nota fuerit. Huic etiam adnumeranda est recordatio alius uersionis Hieronymianae uel in expositione perpetua Euangelii, ut in Mattheo subinde occurrit, reperiendae, uel ex aliis operibus eius collectae. Tertia est correctio ex codicibus Graecis quae scribis praesto fuerint, quae praecipue apud Anglo-Britannos et Hibernos dignosci potest sed etiam in Euangeliis Ambrosianis (M) et alias subinde apparet. Sed quibus et qualibus codicibus usi sint correctores, et quibus legibus in utendo circumscripti, iudicare uix possumus. His et similibus de causis nobismet in praesenti temperamus ne iudicium nostrum de codicum inter se ratione et de

[1] *Old Latin Biblical Texts: No.* 1. *The Gospel according to St. Matthew from the St. Germain MS.* (g_1) *now numbered Lat.* 11553 *in the National Library at Paris, with introduction descriptive of the MS., and five appendices containing some account of the Latin MSS. used by Erasmus and R. Stephens, the Latin and Greek MSS. collated by John Walker, with some notes of his life, and the chief defects of Martianay's collation.* Edited by John Wordsworth, M.A. Oxford, 1883.

[2] Aliquid in hac parte bene temtauit Petrus Corssen in praefatione ad Epistulam ad Galatas Berolini 1885, idem tamen recte scribit p. 4 '[non] ignoro quaestionem de quacumque parte Vulgatae institutam prius ad certum quendam finem perduci non posse quam uniuersae ratio cognita et perspecta sit.'

praestantia huius uel illius nimium fidenter proferamus. Prolegomena igitur usque ad finem operis, si Deus uoluerit, distulimus; speramus enim nos illo tempore non solum pleniore consilio nostro firmatos, sed etiam aliorum uirorum doctorum ingenio et prudentia adiutos, multa perspecturos quae iam nos latent.

Quid uero in hoc opere praestitum fuerit paucis exponi uolumus. Imprimis cum permultos codices inspexissemus, paucos numero selegimus qui, uel diuersis ex patriis uel diuersa ex origine ad nos per saecula longinqua traditi, satis amplum spatium et loci et temporis comprehenderent, ut crederemus in uno saltem aut altero textum uere Hieronymianum inesse. Non enim multitudinem testium pro hac et illa lectione quaerebamus, sed potius diuersitatem lectionum ex codicibus qui uel scholae alicuius uel regionis, si ita dici possit, personam gererent.

Horum codicum uarietates omnes uel ad apices litterarum recensuimus et in apparatu nostro fere semper edidimus, etiam eos codices numerando qui lectioni in textum receptae fauent, nec minus eos qui tali lectioni aduersantur. Unde euenit ut tam philologis, qui historiam linguae Latinae perscrutentur, quam theologis utilis fieri possit editio nostra.

Porro in euangeliis ueterem uersionem ex codice Brixiano adiunximus cum hic liber proxime accedat ad interpretationem quam Hieronymus in euangeliis recensendis ad manus habuisse credendus sit. 'Italam' dicunt hodierni, haec est Itala recensio uersionis antiquioris, quae recensio teste Augustino (*de doctrina Christiana* ii. 15) ante Hieronymum exactissima credebatur.

Testes etiam Graecos plerumque ex Tischendorfii editione octaua, ubi operae pretium uidebatur, citauimus, et saepissime Latinos ueteres quorum plures ipsi separatim edidimus sc. g_1, *k n o p* a_2 *s t*, *q v*, de quibus plura uidesis infra p. xxxi.

CAP. II. *De editorum societate inter se et de illis qui nos adiuuerunt.*

RESTAT ut de ratione laborum nostrorum inter se pauca dicamus. Forma operis a Iohanne Wordsworth tunc temporis in Collegio Aenei Nasi Oxoniensi tutoris munus exercente, circa annum 1877 primis curis descripta est. Qui a Delegatis preli Clarendoniani strenue adiutus[1] et ipse et per alios in bibliothecis et domi et foris uisendis et codicibus manuscriptis inuestigandis conferendisque multum tempus insumsit, ut ex sequentibus per se clarum erit. Anno demum 1883 Professor interpretationis Sacrae Scripturae Oxoniensis et Canonicus Roffensis factus, manum primam notulis componendis et textui S. Matthei constituendo adposuit. In his primum ab amicis quibusdam iunioribus adiutus, ita

[1] Inter alia huius operis gratia suscepta Delegati a uidua C. Tischendorfii, interueniente uiro amicissimo et eruditissimo C. R. Gregory, libros quinque redemerunt, quorum tituli sequuntur:—(1) Collatio codicis A cum uulgata Clementina a Tischendorfio facta: quo anno non constat; (2) Collatio simili modo facta cod. I, cum lectionibus aliquot cod. T ex Blanchino ut uidetur haustis; (3) Codex *k* Bobiensis nunc Taurinensis manu ipsius exscriptus; (4) Cod. *q* Frisingensis nunc Monacensis simili modo exscriptus; (5) Fragmenta Sangallensia *n* (Mt. Mc.), *o*, *p*, una cum aliis fragmentis, plerumque aliena manu scriptis. In his est collatio cod. Paris Lat. 11955 (uide infra Walkeri *a*) et fragmenta Marci i. 1–vi. 37, xiii. 29–xvi. 2 (sed *mut.*) secundum uulgatam, cum aliis fragmentis uulgatae Sangallensibus, praecipue epp. Paulinarum.

progressus est ut a S. Matthei capitulo primo ad S. Marci capitulum septimum manu sua notulas componeret et exscriberet. Denique ad regimen ecclesiae Sarisburiensis mense Octobri anni 1885 euocatus, tempus sibi deesse ad quotidianos calami labores mox intellexit et in operis societatem perpetuam Henricum Iulianum White mense Augusto anni 1886 adsciuit. Qui et ipse iam anno 1884 codicem Euangeliorum Harleianum (Z) contulerat et Professoris Willelmi Sanday auspiciis rationem ueterum Latinorum inter se sedulo inuestigauerat. Is ergo illo anno Sarisburiam migrauit et exinde maximam operae grauioris partem sustinuit, et in notulis nouis componendis et in ueteribus recensendis emendandisque, et in schedis typographorum corrigendis. Priores etiam paginas (1–39) quae praefationes et capitula continent (opus non parui laboris) ipse digessit, sed omnia collegae senioris oculis subiecit. Omnes etiam loci difficiliores,. uel ubi de orthographia tantum agebatur, ab ambobus, coniunctis curis et studiis, inuestigati sunt, ut ueram in omnibus societatem lectores agnoscere oporteat.

Amici uero qui in hoc opere parando nobis operam praestiterunt tot sunt ut uix numerari possint; nec quidquam iucundius recordatione est quam doctorum hominum sine ulla inuidia in his studiis Christianis beneuola consuetudo. Ex Oxoniensibus praedicandi sunt Cancellarius noster Marchio de Sarisburia, qui, dum Secretarii Regii ad res externas munus ageret, auctoritate sua in Hispania et in Italia nobis uiam muniuit; † H. O. Coxe, Bibliothecarius semper deflendus, W. Sanday in his ut in aliis optimus amicorum, F. Madan, W. C. Bell e coll. Aen. Nas. (qui collationes Walkeri, Casleii et Bentleii, in Euangelia ex libro Tr. Coll. Cant. B. xvii. 5 huius operis gratia exscripsit), W. Marsh et J. C. Roper in priore notularum parte componenda fidi adiutores, et praesertim G. M. Youngman tot codicum acerrimus collator et libri Armachani exscriptor, et adiutrices in multis beneuolentissimae E. et J. Johnson Manuelis filiae. Ex Cantabrigiensibus B. F. Westcott[1] qui haec studia tantopere excitauit, et F. J. A. Hort qui etiamnunc strenue et magna cum doctrina fouet; † H. Bradshaw dilectus quondam bibliothecarius, Magister et Socii Collegii S. Trinitatis qui Bentleii libros humanissime commodauerunt, S. S. Lewis et A. W. Streane ex Collegio Corporis Christi, et Chr. Wordsworth, Christophori Lincolniensis filius, Coll. S. Petri quondam socius et Ecclesiae Glastoniensis Rector. Ex Dublinensibus T. K. Abbott et J. Gwynn, Professores.

In Museo Britannico, E. Maunde Thompson et G. F. Warner, rei nostrae semper beneuoli adiutores; in bibliotheca Dunelmensi Willelmus Greenwell, in bibliotheca Stonyhurstensi, W. H. Eyre, et Herbertus Lucas.

Inter Teutonicos Hermannus Roensch, librorum utilissimorum, '*Itala und Vulgata*' et Noui Testamenti Tertullianei editor, Ernestus Ranke in his studiis ex longo tempore impiger, et Petrus Corssen, qui simile nobis opus in manibus habet, cui utiles nos fore ut illum nobis ex corde speramus. Quibus adiungendi sunt Iohannes Belsheim, Norwegicus, tot codicum editor, nobis amicissimus; et bibliothecarii L. Sieber, Basileensis, et I. Idtenson, Sangallensis, humanissimi hominum. Ex Parisiensibus Leopoldus Delisle, doctissimus bibliographus et

[1] Conferendus est maxime tractatus eius *Vulgate* in Smith's *Dictionary of the Bible*, tom. iii. pp. 1688–1718. London, 1863. Multa etiam consilio et exemplo eius debemus, praesertim in forma operis describenda.

humanissimus, et bibliographi duo iam celebres Henricus Omont et Ulysses Robert, alter etiam Pentateuchi Lugdunensis editor, Paulus Meyer Oxoniensium amicus, C. Kohler, H. Trianon, ceterique in bibliotheca nationali et in aliis bibliothecis curam codicum manuscriptorum agentes, et praesertim Samuel Berger, Theologiae inter Protestantes Professor, qui tantum de studiis Biblicis in Gallia et alibi meruit. Ex Mediolanensibus Ant. M. Ceriani, doctissimus et dulcissimus, et Fortunatus Uilla euangeliorum (M) diligentissimus exscriptor. Ex Florentinis Nicolaus Anziani humanissimus. Ex Romanis Eminentissimus Cardinalis I. B. Pitra, et Ioh. Bollig qui multum in bibliotheca Uaticana nos adiuuit; Barnabitae, Uercellonii amici, et praesertim G. E. Sergio et Carolus Stellati; Iohannes Baptista de Rossi quem satis est inter doctos nominare; G. Palmieri, S. Pauli extra muros monachus; et qui operam nostri gratia in codicibus conferendis uel exscribendis contulerunt A. Mau, Ioh. Gatti, Iosephus Masteri, et G. Meyncke, qui codicem Reginensem Epistularum Paulinarum contulit; et in bibliotheca 'Vittorio Emmanuele' dicta praefecti uel uice-praefecti D. Gnoly, Ignatius Giorgi et Martini. Ex Cassinatibus Prior Krug et alii. Ex Cauensibus Abbas Morcaldi, nunc Episcopus, et de Stephano. Ex Matritensibus I. F. de Riaño, institutionis publicae Director, et praefecti bibliothecis Nationali et Societatis Historicae et praesertim Manuel de Goicoechéa, et I. Muñoz y Rivero, palaeographus. Ex Legionensibus Manuel Ureña et canonici S. Isidori et Ecclesiae Cathedralis.

Quibus omnibus gratias et habemus et habebimus et nunc iterum ex corde agimus.

CAP. III. *Codicum elenchus quos in euangeliis perpetuo citamus.*

HORUM codicum stemmata componere, ut modo diximus, uix ausi sumus. Optimam uero textus formam uidentur plerumque exhibere A, (Δ, S), Y, H*, U; Ꝑ*; F; M; O, X (Xᶜ fere = A); Z*. Codicis G scriba ut ipse ait de U. T. 'per omnes codices oberrans editiones' perquisiuit. In N. T. cum lectiones optimas Hieronymianas, tum correctiones ex graeco et ueteres lectiones immixtas habet.

Boni sunt B, I, J, Ɱ, P, sed uix quantum forsan ex antiquitate colligi possit. Ex una familia sunt D, E, L, Q, R, uel ex Hibernia, uel ex Gallia, uel etiam ex Britannia orta. In his correctiones ex graecis codicibus frequenter agnoscimus et lectiones magni pretii. Neque difficile fuerit recensionem Hibernicam uulgatae Hieronymianae ex his similibusque codicibus componere. Sed a quo uel quibus et quando facta sit uix inueniri potest, quamquam scribae Hiberni et Anglo-Britanni de se loqui non adeo tardi sint. Recensiones aliae duo, Alcuiniana (K, V) et Theodulfiana (H et H¹, Θ), melius historicis notae sunt. Quarum Alcuiniana melior uidetur, et saepe correctiones certas, sed plerumque in rebus pretii minoris, exhibet[1]. Hispani autem codices (C, T) textus formam singularem praebent, quam nos raro accipimus. Lectiones tamen magni pretii in ambobus reperiuntur. Formae Amiatinae propior accedit C qui codex mira cum diligentia, quamuis orthographia propria[2], scriptus est. Ultimus denique censendus est inter codices nostros W, sc. Willelmi de Hales, in usum scholae ecclesiae nostrae Sarisburiensis conscriptus, circa tempus ipsius eccle-

[1] De praestantia codicis Uallicellani inter Alcuinianos cf. Sam. Berger *de l'histoire de la Vulgate en France*, p. 6. Paris. 1887.

[2] Uide infra p. xxxvii.

siae nouae dedicationis, quem exempli gratia ex codicibus medii aeui delegimus. Sed textus formam non adeo deprauatam exhibet et interdum lectiones bonas et singulares ostendit.

1. A. Codex Bibliorum *Amiatinus* saec. VII exeunte uel VIII ineunte in coenobio Wiremuthensi uel Giruensi, ut uidetur, iussu Abbatis Ceolfridi scriptus et ab eodem sancto Petro Romae oblatus A.D. 715. Postea in coenobio montis Amiatae seruabatur, unde missus fuit in usum editionis Sixtinae, ut ex codice Carafiano (q. u.) apparet. Nunc Florentiae, in Bibliotheca Laurentiana. Nouum Testamentum ediderunt C. Tischendorf 1850 et 1854 et S. P. Tregelles (in N. T. Graeco) 1857 etc. Euangelia iterum contulit, et ordinem stichorum qui uocantur (quem in hac editione sequimur) descripsit, et menda nonnulla editionis Tischendorfianae correxit H. J. W. 1887. Concordant maxime A, H*, U, Y, et Δ, S in Iohanne. (Confer I. B. de Rossi *La Bibbia offerta da Ceolfrido Abbate al Sepolcro di S. Pietro* Romae 1887, Palaeographical Society II. tab. 65, 66.)
2. B. Codex Euangeliorum *Bigotianus* olim Fiscannensis, VIII uel IX saec., Paris. Lat. 281 et 298. Contulit Bentleii gratia Ioh. Walker cui erat π; iterum Matt. Marc. Luc. contulit I. S. 1883; Iohannem denuo contulit G. M. Youngman. (Cf. L. Delisle *Cabinet des MSS. de la Bibliothèque Nationale*, atlas tab. x. 1, 2 Paris. 1881.)
3. C. Codex Bibliorum *Cauensis*, s. forsan IX, in Hispania ut uidetur septentrionali uel mediterranea a Danila quodam scriptus (uide prologum ad Ezechielem) litteris Uisigothicis minutis et rotundis. Maxime cum T concordat sed formae Amiatinae propior est. Contulit I. S. 1878–9. Totus etiam exscriptus est ab Abbate quodam de Rossi uersus huius saeculi principium, qui liber nunc est Romae Uat. 8484. (Cf. Dom. Bernardum Gaetani de Aragonia in *cod. diplomat. Cauensi* tom. i. Neapoli 1873, Siluestre *Paléographie Universelle* partem iii, L. Ziegler in *Sitzungsberichte der k. bayrischen Akademie der Wissenschaften phil.-phil. klasse* p. 655 sqq. Monaci 1876, Pertz *Archiv für deutsche Geschichtskunde* v. 542.) De orthographia uide p. xxxvii.
4. D. Codex Noui Testamenti *Dublinensis* olim *Armachanus* (Book of *Armagh*) s. VIII uel IX, in coll. S. Trinitatis. Huius editionis gratia exscripsit G. M. Youngman 1883. Ex una familia originem trahunt D E L Q R. (Cf. *National MSS. of Ireland* part. i. pp. xiv–xvii, tabb. xxv–xxix.)
5. Δ. Codex Euangeliorum *Dunelmensis* A. ii. 16, s. VII uel VIII, 'de manu Bedae' dictus, qui erat Bentleio K (in libro Tr. Coll. Cant. B. 17, 14). Euangelium Iohannis contulit I. S. 1882 a Willelmo Sanday adiutus. In Iohanne cum Amiatino maxime concordat: in ceteris non adhibuimus.
6. E. Codex Euang. mus. Brit. *Egertonensis* 609, s. VIII uel IX, erat Maioris Monasterii Turonensis 87, Calmetio aliisque *mm* dictus. Denuo contulit G. M. Youngman 1884. (Cf. *Catalogue of Ancient MSS. in the British Museum, Latin* p. 30, Lond. 1884.)
7. ℈P. Codex Euangeliorum IX ut uidetur saeculi, olim *Epternacensis* Ecclesiae S. Willibrordi, nunc Parisiensis Lat. 9389; ad finem libri habetur subscriptio *Proemendaui ut potui secundum codicem de bibliotheca eugipi praespiteri quem*

ferunt fuisse sc̄i hieronimi indictione ui p(ost) con(sulatum) bassilii ū c. anno septimo decimo = A.D. 558. Est uero saeculi VIII uel IX. Codicem contulit H. J. W. 1887. (Cf. Delisle *Cab. des MSS.* tab. xix. 8, *Pal. universelle* tab. ccxxvi, Westwood *Anglo-Saxon and Irish MSS.* p. 58 tab. xxi.)

8. F. Codex Noui Testamenti *Fuldensis* A.D. 541–546 iussu Uictoris Episcopi Capuae scriptus et ab ipso Uictore correctus. Edidit E. Ranke Marburgi 1868. Euangelia in 'unum ex quattuor' redacta sunt, quod ordinem sectionum secundum Tatiani Diatessaron plerumque exhibet, textu uero Hieronymiano. Cf. Th. Zahn *Tatian's Diatessaron* Erlang. 1881, pp. 298–313.

9. G et g_1. Codex Bibliorum noni saeculi olim *San-Germanensis* 15 et 86 nunc Parisiensis Lat. 11553, qui erat Walkero μ, Roberto Stephano, Lucae Brugensi et Bentleio *Germanum latum.* In Mattheo uersionem ueterem exhibet et inter codices ueteres sub signo g_1 adnumeratur; in reliquis Euangeliis est Uulgatae uersionis quamuis lectionibus ueteribus saepissime turbatus. Codicem contulit I. Walker; Euangelium Matthei separatim edidit I. S. et Marcum Lucamque denuo contulit, 1882–3. Iohannem denuo contulit G. M. Youngman. (De hoc codice pretioso uide *Old-Latin Biblical Texts,* no. i. Oxon. 1883; cf. p. xxxii infra.)

10. H. Codex Bibliorum *Hubertianus* noni, uel decimi saeculi. Erat olim in coenobio Sancti Huberti Ardennensis, nunc est musei Britannici Add. 24142. Codex magni pretii cuius manus prima cum Amiatino maxime concordat; contulit I. S. 1883. (Cf. Mus. Brit. *Catalogue* p. 5 tab. 45.)

11. Θ. Codex Bibliorum *Theodulfianus* saeculi noni Parisiensis Lat. 9380. Erat olim peculium Theodulfi, Aurelianiensis episcopi A.D. 788–821. Multum inter se similitudinem habent huius codicis scriptura et Hubertiani ut facile ab eadem manu exaratos credas; textus Theodulfianus fere semper cum correctione codicis Hubertiani concordat. Euangelia contulit uir reuerendus Chr. Wordsworth, Prebendarius iam Lincolniensis et Glastoniae in Rutlandia Rector. (Cf. Delisle *Cab. des MSS.* tab. xxi. 3, et *Les Bibles de Théodulfe,* in *Bibliothèque de l'École des Chartes* tom. xl, 1879.)

12. I. Codex Euangeliorum *Ingolstadiensis* in bibliotheca Uniuersitatis Monacensis seruatus; est saeculi ut uidetur septimi; in Mattheo multum mutilus. Contulit C. Tischendorf, cuius collatione ipsi usi sumus, a Delegatis Preli Clarendoniani cum aliis similibus Tischendorfii libris manuscriptis pro huius operis usu a uidua eius redempta. Uide supra, cap. ii, notam p. viii.

13. J. Codex Euangeliorum *Foro-Juliensis* saeculi sexti uel septimi. Mattheum Lucam et Iohannem edidit I. Blanchinus *Eu. Quadr.* II, p. 473 etc. Romae, 1749. Marci Euangelium e codice auulsum fuit et partim Uenetias, partim Pragas delatum; fragmentum Uenetianum uix aut ne uix quidem legi potest; fragmentum Pragense (xii. 21–xvi. 20) edidit I. Dobrowski Pragae, 1778.

14. K. Codex Bibliorum *Karolinus* saeculi noni, tempore forsan Caroli Calui A.D. 840–876, musei Britannici Add. 10546. Euangelia contulit G. M. Youngman. Alcuinianus est et cum V maxime concordat. Sed V melior est. (Cf. Westwood *Pal. Sacra. Pict.* tab. 25, Mus. Brit. *Catalogue* p. 1 tab. 42, 43.)

15. L. Codex *Lichfeldensis* olim *Landauensis,* Matthei Marci et Lucae i–iii. 9,

saec. VIII ineuntis uel VII exeuntis in ecclesia cathedrali Lichfeldensi a fine saec. x seruatus; unde uulgo Codex S. Ceaddae dictus est. Codicis amplam collationem edidit uir reuerendus F. H. A. Scrivener, Cantabr. 1887; erat Bentleio ξ in libro Tr. Coll. Cant. B. 17. 5. (Cf. Palaeographical Society I, tabb. 20, 21, 35, Scrivener l. c., Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 56–58 tab. 23 et *Pal. Sac. Pict.* tab. 12.)

16. M. Codex Euangeliorum *Mediolanensis* saeculi sexti, bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis C. 39. Inf. Codicem exscripsit uir reuerendus Fortunatus Uilla Ambrosianus, huius editionis gratia.

17. M̄. Codex Euangeliorum *Martini-Turonensis* litteris aureis saec. VIII exaratus, bibliothecae Turonensis 22; erat Walkero ρ. Codicem contulit G. M. Youngman 1884.

18. O. Codex Euangeliorum *Oxoniensis* saec. VII, qui uulgo dicitur 'Euangelia Sancti Augustini,' sc. coenobii eiusdem nominis Cantuariensis, in bibliotheca Bodleiana sub notis 857 et Auct. D. 2. 14, seruatus; erat Casleio ψ. Contulerunt I. S. et uir doctissimus F. Madan eiusdem bibliothecae uice-Praefectus. Collationem recensuit G. M. Youngman 1883. (Cf. Westwocd *Pal. Sacra Pict.* tab. 11, no. 5.)

19. P. Codex Euangelii Sancti Lucae *Perusinus*, fragmentum scilicet ex codice purpureo saeculi, ut fertur, VI ineuntis ad capitulum ecclesiae cathedralis Perusinae pertinens; habet Luc. i. 26–xii. 7, sed multis in locis mutilus. Edidit I. Blanchinus *Eu. Quadr.* uol. II. App. p. 562.

20. Q. Codex Euang. *Kenanensis* (Book of *Kells*), s. VII uel VIII, nunc Coll. S. Trin. Dublinensis. Contulit T. K. Abbott et collationem edidit in editione codicis ante-Hieronymiani Usseriani (r_1) Dublini 1884. (Pal. Soc. I, tabb. 55–58, et 88, 89: Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 25–33 tabb. 8–11 et *P. S. P.* tabb. 16, 17, et *National MSS. of Ireland* part. i, pp. x–xii, tabb. vii–xvii.)

21. R. Codex Euang. *Rushworthianus* uel 'Gospels of *Mac Regol*,' a scriba Hibernico dictus, qui ob. A.D. 820, Oxonii in bibl. Bodleiana sub nota Auct. D. 2, 19 seruatus. Euangelium Matthei uersionem lingua Merciorum exhibet; cetera Euangelia lingua Anglica Northumbrica glossata sunt, ut Lindisfarnensis noster (Y). Casleio et Bentleio erat χ. Huius editionis gratia contulerunt I. S., J. Johnson et G. M. Youngman. Textum uersionis, una cum Lindisfarnensi, et collatione Latina ediderunt J. Stevenson et G. Waring (Surtees Society, *The Lindisfarne and Rushworth Gospels* 1854–1865), et W. W. Skeat, secundis curis, Cantabrigiae 1887 etc. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 53–56 tab. 16 et *Pal. Sac. Pict.* tab. 44, Pal. Soc. I, tabb. 90, 91.)

22. S. Codex Euang. Iohannis nunc Coll. Soc. Iesu *Stonyhurstensis*, saec. VII, olim, ut fertur, peculium S. Cuthberti, quod in loculo eius uel saltem in ecclesia Dunelmensi usque ad Henrici Regis VIII tempora seruabatur. Cum Amiatino et Dunelmensi (Δ) maxime, sed non semper, concordat. Contulit I. S. 1879. (Cf. Pal. Soc. I, tab. 17, Westwood *P. S. P.* tab. 11 no. 6.)

23. T. Codex Bibliorum *Toletanus*, saec. ut uidetur X, olim Hispalensis, deinde Toletanus, nunc uero bib. Nat. Matritensis. Codicem pro reuisione Sixtina contulit Chr. Palomares A.D. 1588, cuius collatio Romae seruatur in Bibliis

Hentenianis (Lugduni a Gul. Rouille A.D. 1569 impressis) sub nota Uat. 9508. Collationem impressit Blanchinus *Uindiciae Canonic. Scripturar.* pp. xlvii–ccxvi Romae 1740, ex quo apparet (p. ccxv) in Sixtina recensione adhibitam non fuisse, dicit enim 'sero nimis ad Card. Antonii Caraphae manus peruenit.' Primo Romae hanc collationem, denique codicem ipsum Matriti contulit I. S. 1882. Huius libri 'auctor possessorque' Seruandus fuit episcopus Bastigitanae; qui concessit Iohanni sodali suo postea episcopo Cordubensi; is codicem Deo obtulit et ecclesiae Hispalensi decimo kal. Ian. era MXXVI = A.D. 988. (Cf. And. Merino *Escuela Paleographica* tab. v et pp. 53–59, Matriti 1780, J. Muñoz y Rivero *Paleografia Visigoda de los siglos v al xii*, tabb. viii, ix, Matr. 1881, Ewald et Loewe *Exempla Scripturae Visigoticae* pp. 7, 8 tab. ix.)

24. U. Fragmenta Matthei (i. 1–iii. 4) et Iohannis (i. 1–21) *Ultratraiectina,* ad calcem Psalterii Cottoniani, s. VII uel VIII, ex schola ut uidetur Northumbrica, Amiatino simillima. Exstant photographice descripta in Psalterii editione notissima, quae prodiit anno 1873. In nostrum usum contulit uir reu. C. A. Heurtley, Professor Oxoniensis Dominae Margaretae.

25. V. Codex Bibliorum *Vallicellanus* B. vi, s. IX, Romae seruatus, ubi (in bibliotheca 'Vittorio Emanuele' gratia secretarii Regii) contulit I. S. 1883. Inter Alcuinianos quos uidimus locum primum obtinere uidetur et sic etiam amico nostro Samueli Berger placet; sed neque codicem Uindobonensem a Lambecio II. p. 403 laudatum, neque Biblia Bambergensia inspeximus. (Confer de nostro codice Blanchini *Euang. Quadruplex* II tab. viii post pag. 600. Ecclesia S. Mariae Uallicellana aliquando Ecclesia Noua, alias Oratorii uel S. Philippi Neri dicitur. Blanchinus ipse sacerdos Oratorii fuit.)

26. W. Biblia mus. Brit. Reg. I. B. xii a *Willelmo* de Hales, pro Thoma de la Wile magistro scholarum Sarum, A.D. 1254 scriptus. Euangelia contulerunt H. J. W. et G. M. Youngman.

27. X. Codex Euangeliorum coll. *Corporis Christi* Cantabrigiensis no. 286, saec. ut uidetur VII, olim, una cum O, coenobii S. Augustini Cantuariensis. Bentleio erat B. Contulit nostri operis gratia uir reu. A. W. Streane, Coll. Corporis Christi socius. Cum A fere concordat X°. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 49, 50, *P. S. P.* tab. 11, 1–4 et Pal. Soc. I, tabb. 33, 34, 44.)

28. Y. Codex Euangeliorum *Insulae Lindisfarnensis* saec. VII-VIII ab Eadfrido (qui in ea sede episcopus fuit annis 698–721 A.D.) aliisque conscriptus; nunc mus. Brit. Cotton. Nero D. iv; et Bentleio, ut nobis, Y. Codicem ediderunt Stevenson et Waring 1854–1865, et W. W. Skeat, secundis curis 1887 etc. Denuo contulit G. M. Youngman. Cum Amiatino maxime concordat, sed manu Anglica non Italica scriptus est. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 33–39 tabb. 12, 13 et *P. S. P.* tab. 45, Mus. Brit. *Catalogue* ut infra p. 15, tabb. 8–11, Pal. Soc. I, tabb. 3–6, 22.)

29. Z. Codex Euangeliorum *Harleianus*, saec. VI uel VII, qui fuit olim bib. Reg. Parisiensis 4582, nunc est mus. Brit. Harl. 1775. Fuit Bentleio, ut nobis, Z. Codicem partim contulit Griesbach, cui fuit *harl.* (*Symbolae Criticae*, uol. II, Halae 1785.) Denuo contulit H. J. W. partim adiutus a Frederico Barone de Hügel, 1884. (Cf. Mus. Brit. *Catalogue* ut infra p. 14, tab. 3, Pal. Soc. I, tab. 16.)

CAP. IV. *De editione Bentleii, cum conspectu lectionis Bentleianae et elencho codicum in eius usum in Euangeliis collatorum.*

DE opere Bentleiano confer *Works of Ri. Bentley*, ed. Alex. Dyce tom. iii, pp. 475 sqq., Lond. 1836, Jacobum H. Monk *Life of Richard Bentley* tom. ii, pp. 118 sqq., 146 sqq., 239, 286–289, ed. 2 Lond. 1833, Art. Ayres Ellis *Bentleii critica sacra* Cantab. 1862, *The Correspondence of Ri. Bentley* 2 tom. Lond. 1842, ed. Chr. Wordsworth (postea Ep. Lincoln.), Westcott *Vulgate* l. c. pp. 1709, 1711, R. C. Jebb *Bentley* pp. 164–168, Lond. 1882, *Old Latin Biblical Texts*, no. I, pp. v, xxiii–xxvi et App. ii–iv, Oxon. 1883, ed. I. S.

In animo habuerat Bentleius nouam Noui Testamenti Graece et Latine editionem parare, in quo credebat ueram lectionem Graecam cum uera Hieronymiana, tam uerborum ordine quam sensu rerum, ita concordare, ut, cum ex bonis codicibus et antiquis emendatae fuissent, uix dubitationi locus relinquendus esset. Cuius editionis schema uel programma primum edidit in epistula ad Gul. Wake Archiepiscopum Cantuariensem mense Aprili 1716; et postea *Proposals for printing* anno 1720, quo anno Iohannes Walker operis socius praedicatur. Multos codices ipse pro hoc opere contulit, plures et accuratius Ioh. Walker, qui Bentleii gratia in hunc finem laborare anno 1719 inceperat et certe usque ad annum 1735 et ultra eadem studia impigre prosecutus est. Sed Walker die 9 mensis Nou. anni 1741 mortem obiit anno aetatis 49no et Bentleius anno proximo, aetatis suae 81mo, die 14 mensis Iulii anno 1742. Nihil, ut constat, ex his laboribus a Bentleio aut Walkero in lucem editum est, nisi specimen Apocalypseos cap. xxii, in programmate anni 1720. Quo modo hoc euenerit accurate omnino iudicare non possumus. Conicit certe, quod uerisimile est, R. C. Jebb Bentleium temporis progressu, et praesertim cum codicem Uaticanum (B) propius et accuratius cognosceret, de absoluta concordantia textus Graeci cum uersione Latina magis magisque dubitauisse. Sed potius in causa credimus fuisse mortem Walkeri praematuram, Bentleii lites, et paralysin quae anno 1738, uirum illum iam senem occupauit. De discordia inter Bentleium et Walkerum orta nihil omnino constat, immo nihil suspicandum est.

Quod ex hoc opere restat, quantum quidem rem nostram tangit, tribus potissimum uoluminibus comprehenditur, in Bibliotheca Collegii S. Trinitatis Cantabrigiensis seruatis, et signatis notis B. 17. 5, B. 17. 6 et B. 17. 14. Qui libri Magistri et Seniorum dicti Collegii beneuolentia in huius operis gratiam per nouem menses anni 1882, sub tutela Bibliothecarii Bodleiani, humanissime commodati sunt. Ex his ergo, ut par erat, multa excerpsimus, multa etiam exscripsimus, sed non omnia quantum uoluimus[1].

B. 17. 5 quod est *Nouum Testamentum Graecum cum uersione Uulgata*, in folio, apud Cl. Sonnium Lutet. 1628, continet Walkeri collationes codicum Parisiensium signatorum notis *α γ δ ε η θ κ λ μ ν ο osec. π φ*, anno 1719 factas, et Leonis Cheualier codicum Turonensium (*ρ σ τ υ*) a Petro Sabatier Walkero traditas, item Bentleii collationes codicum Harl. 2788, 2826, et Lichfeldensis (M H *ξ*), et D.

[1] Nos in his collationibus Bentleianis exscribendis usi sumus editione N. T. nitida, sed non in omnibus accurata, Tornaci Neruiorum impressa per Desclée Lefebvre et soc. 1878.

Casleii sex codicum Oxoniensium collationes anno 1721 factas, quos notis signauit γ χ (3) ψ C. Ex quibus eos qui ad Euangelia spectant infra plenius recensuimus. Cf. etiam *Old Latin B. T.* no. I, Oxon. 1883. Hoc uolumen totum (quantum nostra intererat) nostri gratia exscripserunt W. C. Bell, et Elizabeth et Janetta Johnson. De collationibus codd. Graec. in hoc uolumine comprehensis, cf. A. A. Ellis *Bentleii Crit. Sacra* p. xxxix.

B. 17. 6 idem liber est, sc. N. T. Graeco-Latinum anni 1628, ad mentem Bentleii correctum. Notulas etiam continet in chartis interpaginatis scriptas, quarum delectum edidit A. A. Ellis l. c. pp. 49–117. Textus latini correctiones nostri gratia beneuole exscripsit Eliz. Johnson mense Iulio 1882. Sed neque correctiones graecas (teste idoneo Edwino Palmer, Archidiacono Oxoniensi) neque latinas ita Bentleio reuera et penitus placuisse credimus, ut ex eis, uti nunc exstant, editionem suam in lucem proferre uoluisset. Operae uero pretium aestimauimus lectiones latinas omnes ex hoc libro typis mandare—quod nunquam antea factum est—ut pateat quantum Bentleius ille profecerit in Clementina editione corrigenda. In qua correctione hoc, ut constat, imprimis sibi proposuit ut concordantiam graecae lectionis cum uera Hieronymiana ostenderet. Conicimus ergo illum, collationibus aliquot factis, ad conciliationem graecae et latinae lectionis hac ratione processisse. Si posset testes latinos, uel pauciores numero, pro hac concordantia adhibere, uulgatam sine ulla mora ad Graecae lectionis normam corrigebat. Si tali autem testimonio destitueretur, hamis rotundis in margine inclusit lectionem, cum graeco concordantem, quam ueram credebat, et pro ea testes latinos quaerebat. His denique exquisitis uel oblatis hamos subinde deleuit, ut ostenderet lectionem iam codicibus confirmatam esse. Pro exemplis sunt:—Matt. v. 8 (*mundi*) *corde* quod graecis uerbis οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ respondet sed in nullis codicibus Hieronymianis legitur. Contra in Matt. xiii. 22 ubi hami perlineati sunt (> *in spinis seminatus est*) pro inuersione testes (quamuis nostro iudicio non satis fortes) postea detexit; item ib. 47 *ex omni genere* (*om. piscium*) pro omissione testes inuenit; et xv. 14 (*cadent*) pro futuro (= πεσοῦνται) similiter testes adhibuit.

Bentl. in notulis nostris ad huius codicis lectiones refert, nisi aliter notatur.

B. 17. 14 qui est *Sancti Hieronymi Diuina Bibliotheca*, Parisiis in folio, apud Io. Anisson 1693 (uolumen sc. ex Martianaei editione primum) continet collationes codicum multorum et notulas Bentleii ipsius manu scriptas. Horum codicum notitiam offert Ellisius l. c. p. xl sq., quorum plurimi sunt ex Bibliotheca Regis, cui Bentleius ipse praeerat, ceteri ex aliis Angliae bibliothecis. Nos ex hoc uolumine non adeo multa excerpsimus, cum cognouissemus Bentleium non ea quae par esset cura codices conferre solitum. Notulas tamen magni pretii et coniecturas in eo inuenimus, quarum delectum cum aliis edidit Ellisius asterisco signatas, nos pro nobis etiam delectum fecimus.

Conspectus lectionum Bentleianarum in Euangeliis ex libro Tr. Coll. Cant. B. 17. 6 exscriptarum.

Notandum est Bentleium signo ∧ pro *additione* uerborum, ϑ pro *omissione* et numeris arabicis 1, 2, 3 etc. pro *inuersione* usum esse. Nos signa nostra (+, *om.* et >), ut cum nostrarum notularum usu congruerent, in hoc conspectu adhibuimus. *Hami rotundi*, ut (mundi), (*om.* uos), (> illam fecistis), indicant lectiones cum graeca ueritate consentientes pro quibus

testes latinos Bentleius nondum inuenerat. *Hami rotundi perlineati*, ut (> in spinis seminatus est), (*om.* piscium), (cadent), indicant, hoc testimonio postea inuento, tales lectiones a codicibus confirmatas fuisse. Lectiones *asterisco* signatae — ut, Zara*; > in somnis apparuit ei*; *om.* ut impleretur . . . miserunt sortem*; — a nobis etiam in textum receptae sunt. Aliquando etiam ubi commodum lectoribus uidebatur lectionem clementinam *litteris inclinatis* uel *italicis* praeposuimus cum semi-coli signo, e. g. Matt. viii. 20 *nidos*: tabernacula*; *imperauit*: increpauit*. (Hunc conspectum nostri gratia humanissime correxit F. I. A. Hort.)

Matt. i. 3 Zara*, Esrom* *bis*; 7 Abia* *bis*; 15 Matthan* *bis*; 17 *itaque*: ergo*; 18 Cum + (enim) *uoluit sed postea deleuit*; 20 > in somnis apparuit ei*.

ii. 1 Bethleem* *et ter infra* 5, 8, 16 (*non* 6), Ierosolyma; 6 *regat*: reget*; 7 *om.* eis; 11 *inuenerunt*: uiderunt; 21 *consurgens*: surgens*.

iii. 6 > in Iordane ab eo*; 7 *a uentura ira*: a futura ira*; 9 *potens est*: potest*; 10 *excidetur . . mittetur*: exciditur. . . mittitur.

iv. 4 > pane solo*; uiuet; 5 *assumpsit*: *primo uoluit* adsumit, *sed postea deleuit* [*nos* assumit*]; 6 mandabit*; 9 > tibi omnia*; 12 *om.* Iesus*; 14 prophetam + dicentem; 15 uiam; 16 > lucem uidit*; *umbrae*: et umbra*; 18 *om.* Iesus*; 20 *relictis retibus*: (relicta naui) *primum, deinde* relictis naui; 25 *om.* de *sec. et tert*.

v. 1 *om.* Iesus*; 8 *mundo*: (mundi) [*i. e. uoluit* mundi *sed testes latinos non inuenit, ut diximus in explicatione praeuia*]; 11 (*om.* uos) *priori loco*; 16 > uestra bona opera*; 24 reconciliare*; *offeres*: offer; 31 *ei*: illi*; 32 > causa fornicationis; 45 *qui solem*: (quia) solem; > malos et bonos; 46 diligatis*; *hoc*: (sic).

vi. 5 *oratis . . eritis*: (orabis . . eris), *uoluit primum, sed postea deleuit*; *qui*: quia; 6 *oraueris*: orabis*; ostio + tuo*; 7 *exaudiantur*: (exaudientur); 8 *quid*: quibus*; 10 *adueniat*: ueniat; 13 > inducas nos; 14 (*om.* delicta uestra); 15 *om.* uobis*; 16 pareant*; 21 *est sec.*: erit; 22 *om.* tui . . tuus*; 23 *om.* ipsae*; 25 *om.* plus *sec.**; 31 *quo*: quid; 34 *ipsi*: ipse*.

vii. 4 *dicis*: dices; 17 > fructus malos*; 18 > fructus malos* *et* fructus bonos*; 19 exciditur* . . mittitur*; 21 (*om.* ipse intrabit in regnum caelorum); 22 > tuo nomine *ter**; 24 *supra*: super.

viii. 3 *om.* Iesus*; eum + Iesus *pr. uoluit, sed postea deleuit*; 9 *om.* constitutus*; 13 > in hora illa*; 15 *eis*: (ei); 17 *om.* nostras* *sec.*; 20 *nidos*: tabernacula*; 25 *om.* ad eum discipuli eius*; 26 *om.* Iesus; *imperauit*: increpauit*; 27 quia + et*; 28 [*uenissent lapsu*: uenisset;] 29 *om.* Iesu*; 30 > porcorum multorum*; 31 *om.* hinc*; 33 *eis*: his*; habuerunt.

ix. 2 > in lecto iacentem; 5 *om.* tua*; *an*: aut*; 6 > sciatis autem*; 9 teloneo*; 12 medico*; 18 *om.* domine*; 28 > possum hoc*; (*om.* uobis); 35 circumibat*; > ciuitates omnes*; 38 *mittet*: eiciat*.

x. 5 (ciuitatem); 12 *om.* dicentes Pax huic domui*; 13 *om.* illa*; *ueniet*: ueniat*; *reuertetur ad uos*: > ad uos reuertetur*; 18 *om.* ad *sec.*; 22 *om.* usque*; 25 magister + eius*; *seruo*: seruus*: 28 (> timete eum potius *primum ut videtur deinde* timete potius eum); 30 autem + et*; 34 > uenerim mittere pacem*.

xi. 4 *audistis*: (auditis); *et uidistis*: et uidetis; 8 *uestiuntur*: (utuntur); 19 > uini potator; (> amicus et peccatorum); 23 *hanc diem*: hunc diem*; 30 leue + est*.

xii. 1 > sabbato per sata*; 4 *quos*: quod; (> sacerdotibus solis); 8 > est enim*; 14 > eum perderent*; 25 *desolabitur*: desolatur*; 27 > erunt uestri*; 36 > de eo rationem; 45 > secum septem alios spiritus*; 50 meus + et* *pr. uol., sed postea del.*

xiii. 2 > (in littore stabat); 4 *om.* caeli*; 8 *centesimum etc.*: centum . . sexaginta . . triginta; 14 *dicentis*: dicens*; 21 (> radicem in se); *tribulatione et*: trib. (aut); 22 (> in spinis seminatus est) *i. e. postea hamis deletis ex codd. confirmauit*; 23 *centesimum etc.*: centum . . sexaginta . . triginta; 27 > tuo agro; 30 utraque (+ simul); ea *om.* in*; 32 (> ueniant uolucres caeli); 37 ait *om.* illis*; 38 > sunt filii

nequam; 47 ex omni genere* ⟦*om.* piscium⟧; 54 synagogis: (synagoga).

xiv. 3 in carcere; 6 (natali); 7 (*om.* ab eo); 11 *attulit*: tulit*; 12 corpus *om.* eius*; 13 *pedestres*: pedestri; 20 (> fragmentorum duodecim cophinos); 22 *om.* Iesus*; 27 (*om.* Iesus); 28 > uenire ad te*; 29 (> de nauicula Petrus).

xv. 5 *om.* est; 9 doctrinas *om.* et; 12 uerbo *om.* hoc*; 14 sunt *om.* et; (> caeco si); *cadunt*: ⟦cadent⟧; 17 > quod (intrat in os); 31 ambulantes (+ et); 32 > iam triduo; 34 > panes habetis*; 36 pisces (*om.* et); discipuli (*om.* dederunt).

xvi. 3 non potestis *om.* scire*; 4 *om.* prophetae*; 13 quem + me; 15 illis *om.* Iesus*; > dicitis esse; 18 inferni; 19 solutum *om.* et*; 20 *esset*: est; 21 oportet; 26 *aut quam*: aut (quid); 27 opus eius*.

xvii. 1 assumit; 3 apparuit*; 4 tibi unum + et*; 7 (*om.* eis); 10 oportet; (> uenire primum); 14 eum (+ et); 20 *Dixit*: qui dicit; *om.* Iesus; 24 didragma* *bis*; *om.* ei*.

xviii. 7 *om.* illi*; 9 unioculum [unoculum* *coni.* B. 17. 14]; 16 autem *om.* te; > testium uel trium; 17 autem + et*; 18 ligata *om.* et; soluta *om.* et; 23 (> ponere rationem); 24 debebat *om.* ei*; 25 *om.* eius; venum dari; 26 *orabat*: (adorabat); 28 (> eum suffocabat); 32 debitum (+ illud).

xix. 4 *om.* hominem*; 9 (> duxerit aliam); 12 qui *sec.* + eunuchi; *castrauerunt*: eunichizauerunt (*sic*); 16 (*om.* bone); 17 bonus (*om.* Deus); 19 *om.* tuum .. tuam*; 20 *om.* a iuuentute mea*; 26 *illis*: eis; 28 (> duodecim sedes); 29 reliquit*.

xx. 1 est + enim*; 4 > illis dixit*; *om.* meam*; 7 *omitti uoluit* meam* *sed postea restituit*; 9 (*om.* uenerant); 11 *Et*: (At); 15 facere (+ in meis); 23 *meam uel*: meam et*; dare (*om.* uobis); 30, 31 *omitti uoluit* (Domine) *sed postea restituit*; 34 (*om.* eorum *pr.*).

xxi. 3 *dicite*: (dicetis); 4 *om.* totum*; 12 nummulariorum (+ euertit *et ad fin. uersus om.*); 13 (> illam fecistis); 16 *dixit*: dicit*; 21 Tolle + te; 23 (> potestatem hanc); 25 Baptisma; 26 [*omnibus* (*err. typ.*): hominibus;] *habebant*: habent*; 28 Homo *om.* quidam*; in uineam meam; 31 Dicunt *om.* ei*; praecedunt*; in regno; 33 (> ei circumdedit); 34 (acciperet) *primo uoluit, deinde deleuit*; 38 *habebimus*: (habeamus); 41 *om.* suam*; (reddent); fructus.

xxii. 4 occisa *om.* sunt*; 13 > pedibus eius et manibus*; 17 (> dare censum); 26 ad (septem); 30 n. nubunt neque nubuntur sed sunt; *om.* Dei; 37 *ex toto*: (in toto*); 46 > respondere ei*; (> interrogare eum amplius).

xxiii. *om. uers.* 14*; 15 circumitis*; 23 *qui*: quia*; mentam*; 25 parapsidis* (*ita et* 26); *estis*: sunt*; 27 (*om.* hominibus); 29 *qui*: quia; 31 (> occiderunt prophetas); 37 noluistis; 38 relinquitur*.

xxiv. 2 *illis*: eis*; (destruetur); 6 *enim pr.*: autem; 16 *ad*: in; 19 (nutricantibus); 20 uestra *om.* in*; *uel*: (nec); 23 hic *om.* est*; 28 *om.* et*; 32 > fuerit tener; 35 *autem*: uero; 36 > Pater solus*; 46 (> seruus ille).

xxv. 1 lampadas; 3 (> secum oleum); 5 (dormiebant); 6 (*om.* uenit); 8 lampadas; 9 responderunt (+ autem); 17 similiter *om.* et*; 18 in terra*; 19 *posuit*: (ponit); 20 > mihi tradidisti*; 22 > mihi tradidisti*; 24 *metis*: (metens); (congregans); 26 *semino*: (seminaui); 27 *committere*: mittere*; 37 pauimus *om.* te*; 38 collegimus (*om.* te); cooperuimus *om.* te*; 40 *ex his*: de his*; 43 *cooperuistis*: operuistis*; 44 respondebunt *om.* ei*; infirmum uel.

xxvi. 2 *fiet*: fit; *tradetur*: traditur; 6 > esset Iesus*; 10 *om.* huic*; 14 *dicebatur*: dicitur; 17 *om.* die*; 18 *Iesus*: (ille); 22 (> dicere singuli); 23 parapside*; 24 traditur*; 26 discipulis (*om.* suis); accipite (*om.* et); 21 effunditur; 33 (*om.* Et); 36 *dixit*: dicit; 45 traditur; 46 tradit; 47 *eo pr.*: ipso*; (*om.* missi); 53 possum (+ modo) *sed postea deletum*; 61 aedificare*; 62 Nihil respondes? (quid isti) adu. te test.?; 63 (> nobis dicas); 64 *om.* Dei*; 74 *nouisset*: (noui); 75 *quod*: (qui).

xxvii. 2 > eum adduxerunt; 6 > mittere

eos; 15 > dimittere populo*; 31 chlamydem; 34 (> bibere uinum); 35 *om.* ut impleretur . . miserunt sortem*; 36 eum (+ ibi); 40 Va; templum *om.* Dei*; (aedificas); 43 liberet + eum, *sed postea deletum*; > Dei filius; 46 *om.* Et; horam + uero; lema*; > me dereliquisti; 47 illic (stantium); 54 > Dei filius*; 57 (*om.* quidam).

xxviii. 6 uenite (*om.* et*).

In Euangeliis Marci et Lucae, nondum publici iuris factis, asteriscos adposuimus eis lectionibus quas pro ueris nunc (Apr. 1889) habemus, sed ultimo iudicio de iis nondum lato.

Mc. i. 2 *om.* ego*; *om. primo uoluit* ante te, *sed postea restituit*; 5 *eum*: illum*; Iudaea; Iordane*; 8 ego + quidem *sed postea deleuit*; uos *bis* + in *sed postea deleuit*; 9 > illis diebus; > in (Iordanen) a Ioanne*; 10 > apertos caelos*; (*om.* et manentem); *ipso*: (ipsum); 12 expellit*; 13 *om.* et quadraginta noctibus; 19 > in naui componentes retia*; 24 scio (+ te); *sis*: es; 27 *quaenam*: quae*; *etiam*: et*; 34 > loqui ea* *primo sed inuenta auctoritate restituit* ea loqui; 36 persecutus*; 39 (*om.* et *sec.*); 43 *om.* est*; *statimque*: statim*; 45 > in ciuitatem introire*.

ii. 2 et *sec.* + confestim, *sed secundis curis deleuit*; 8 *dicit*: (dixit); 9 surge + et*; 10 > potestatem habet filius hominis*; 12 > ille surrexit*; 14 Leuin*; teloneum*; 16 > peccatoribus et publicanis *pr.*; *uoluit et* > pecc. et publ. *sec.: sed secundis curis restituit* publ. et pecc.; *om.* Magister uester; 17 medicum*; (*om.* enim); 18 *quare*: cur; 20 illa die*; 21 *maior*: (peior); 22 *nouum*: nouellum*; disrumpit; effunditur*; 23 *om.* Dominus*; praegredi*; 26 licet*; dedit + et; 27 et *sec. om. uoluit primo, postea restituit.*

iii. 1 *utrum* > aridam habens manum *an* ar. man. hab. *non liquet*; 5 *illi*: illius; 6 > statim Pharisaei*; 7 *Iesus autem*: Et Iesus*; 11 dicentes + quia; 16 Petrum; 22 Beelzebul; 24 > stare regnum illud*; 26 consurrexit*; 27 alligauerit*; 29 habet*; 31 *ueniunt*: (uenit); 35 *om.* mea.

iv. 4 *om.* caeli*; 6 haberet*; 8 triginta + (et); 10 erant + cum*; 15 corda*; 20 triginta + et*; 24 metietur; 27 nocte ac die*; 29 cum + se*; 31 in terram *pr.*; 38 *illi*: ei*.

v. 2 occurrit + ei*; 3 > eum poterat*; 4 > eum poterat *uoluit primo, sed postea restituit* pot. eum; 5 > nocte ac die*; 7 dicit*; *altissimi*: summi*; 9 > nomen mihi*; 15 mentis + qui habuerat legionem; 17 > eum coeperunt*; 21 rursus*; *eum*: illum*; 23 manus*; 24 *eum sec.*: illum*; 29 *quia*: quod*; 30 > cognoscens in semetipso*; *de illo*: de eo*; 36 > uerbo quod dicebatur audito*; 37 > sequi se*; 40 > erat puella*.

vi. 4 > et in cognatione sua et in domo sua*; 7 *uocauit*: conuocauit*; 8 (in uiam); (zonam); 14 > Herodes rex*; surrexit; > operantur uirtutes [*nos* inoperantur uirtutes]; 21 natali suo*; 23 quidquid (+ me); 26 *om.* est*; 27 sed + (statim); speculatore*; (*om.* in disco); 30 et *sec.* (+ quae); 31 rediebant*; > manducandi spacium*; 32 naui*; 34 > multam turbam*; > docere illos*; 35 dicentes (+ quia); *om.* hic; *praeteriit*: multa; 37 > denariis ducentis*; 40 et *sec.* + per*; 43 (*om.* reliquias); 44 manducauerant; 45 Bethsaidan; 48 super mare* *et* 49; 50 (dicit); 52 intellexerant*; 55 *om.* se; 56 aut in ciuitates*.

vii. 5 interrogant*; 6 eis + quia *primo, postea deleuit*; 7 > colunt me; *om.* et*; 10 patri aut matri*; 15 *coinquinare*: communicare; 19 *intrat*: introit*; *om.* uadit*; 21 > cogitationes malae*; 22 impudicitia*; 28 dicit ei*; > sub mensa comedunt*; 29 de filia tua*; 32 deprecantur*; 37 *fecit sec.*: facit.

viii. 1 > illis diebus* *numeris in margine bis positis semel hami ( ) adiciuntur, semel desunt*; 4 *illos*: istos; > poterit quis*; 12 > quaerit signum*; 13 ascendens*; *om.* nauim*; *om.* et *sec.*; 14 > sumere panes*; 15 *om.* et *sec.**; 17 > Iesus

ait illis*; 19 millia + et; 20 panes *omitti uoluit primo, postea restituit*; 22 *rogabant*: (rogant); 23 *interrogauit*: (interrogabat); *quid*: aliquid*; 25 > uideret clare*; 28 alii *pr.* + (autem) *primo, sed postea deleuit* autem; 29 > dicitis esse*; 31 *eos*: illos*; > multa pati*; 34 uult + post*; seipsum*; 35 > eam faciet* *primo, postea restituit* fac. eam; 36 > faciat animae suae*; 37 commutationem*; 38 > confusus fuerit me; > mea uerba*.

ix. 3 *om.* et *sec.**; > super terram non potest*; 5 (> tabernacula tria); 9 *cuiquam*: cui*; 11 (*om.* Pharisaei et); 12 (restituit); 14 (*om.* suos); 15 *Iesum*: eum*; (*om.* et expauerunt); accurrentes; 16 (> conquiritis inter uos); 18 *illum pr.*: eum*; 19 dicit*; > patiar uos; 21 > hoc accidit ei; 22 eum *pr.* + et*; 23 *om.* sunt*; 24 *om.* Domine*; 25 (> mute et surde); > tibi praecipio*; 26 clamans*; 31 *autem*: (enim); 32 > eum interrogare*; 33 esset*; 34 > inter se in uia*; *eorum*: illorum*; > esset maior; 37 me recipit et; > me misit*; 45 scandalizat te.

x. 11 *ait*: dicit*; 14 *quos*: quod; > est enim*; 22 > possessiones multas*; 28 *om.* Et* *ad init.*; > Petrus ei dicere*; 33 (*om.* et senioribus*); 37 *Et pr.*: Qui; dixerunt (+ ei); 38 (baptisma); *quo*: quod; 39 (baptisma); *quo*: quod; 40 *om.* uobis*; 43 maior (+ inter uos); 46 (> multitudine plurima); 47 > fili Dauid Iesu*.

xi. 1 Ierosolymae + et Bethphage *primo; sed postea deleuit*; 2 > est contra uos*; *illuc*: illud*; 3 facitis (+ hoc); 6 *eis sec.*: eos; 11 (> uespera iam); 14 > quisquam fructum*; 19 egrediebantur; 21 dicit*; 23 > monti huic; 27 (> in templo ambularet); 32 *Si*: Sed; *timemus*: timebant*.

xii. 9 faciat; 12 *om.* hanc; 13 (*om.* in); 14 dare; 15 (> illorum uersutiam); 16 (*om.* ei*); 17 (*om.* igitur); 18 (ueniunt); 25 nubunt . . (nubuntur); 28 *esset*: est; 29 *tuus*: noster*; *Deus sec.*: (Dominus); 31 *om.* est *pr.*; 32 *om.* Deus*; 37 > libenter eum; audiebat; 42 > una uidua*; (> minuta duo).

xiii. 2 (*om.* omnes); 3 montem*; 7 *om.* haec*; 8 *contra*: super*; 11 > estis uos*; 12 insurgent; 20 (> Dominus breuiasset) *primo, sed postea restituit* breu. Dom.; 21 Christus + aut; 22 > potest fieri*; 25 > sunt in caelis*.

xiv. 2 *in populo*: populi*; 11 > opportune illum *primo, postea autem* illum opport.; 20 *om.* manum*; 21 (*om.* Et); traditur*; 24 effunditur*; 25 *quia*: quod*; *om.* hoc*; 27 Iesus (+ quia); 28 posteaquam*; surrexero*; 29 *om.* in te*; 30 *om. uoluit* tu *primo, sed postea restituit*; > bis gallus uocem*; 36 > possibilia tibi; 38 *om.* est*; 40 ingrauati*; 41 traditur; > trad. filius hominis*; 42 tradit; 43 *de*: ex*; 45 *om.* Aue*; 47 *om. uoluit* quidam *primo, postea restituit*; 49 (> tenuistis me); adimpleantur*; 50 *Tunc*: (Et); (*om.* discipuli eius); 53 conueniunt*; omnes (+ summi); 54 > et calefaciebat se ad ignem*; 55 > morti traderent eum; 58 dicentem (+ quia); dissoluo; 59 *non*: (nec sic); 60 *ad ea quae tibi obiiciuntur ab his*: (quid isti tibi obiiciunt); 61 dicit*; *om.* Dei*; 62 > a dextris sedentem*; *om.* Dei*; 72 > iterum gallus*.

xv. 6 > dimittere solebat*; 7 *om.* qui *sec. et* erat; (fecerant); 16 eum + intro; 17 purpuram; 20 (purpuram); 28 adimpleta*; 29 aedificas [*nos* aedificat]; 33 *per*: super; 34 Heloi, Heloi*: lema; > me dereliquisti.

xvi. 4 uident*; 5 stolam candidam; 14 *iis*: his*; (surrexisse); crediderant*; 19 *om.* Iesus*; sedit*.

LVCA*N pro* LVCAM.

Luc. i. 1 completae; 3 adsecuto; > a principio omn.*: omnibus; 5 illi; 10 erat populi*; 12 (> turbatus est Zacharias); 15 sicera*; 17 Heliae*; incredibiles*; 20 (potens); 25 > mihi fecit; 27 (*om.* erat); 29 *audisset*: uidis-

minant. et ubi fures non effodiunt effurantur. 21 ubi enim fuerit thensaurus uester. illic
erit et cor uestrum.
22 lucerna corporis est oculus. si ergo fuerit oculus tuus simplex. totum corpus
tuum lucidum erit. 23 si autem oculus tuus nequam fuerit. totum corpus tuum tenebrosum
erit. si ergo lumen quod in te est. tenebrae sunt. ipse tenebrae quantae sunt.
24 Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim unum odiet. et alterum diliget. aut
uno obediet. et alterum contemnit. non potestis deo seruire et mammonae.
25 ideo dico uobis. ne cogitetis animae uestrae quid manducetis. aut quid bibatis.
neque corpori uestro quid induamini. non ne anima plus est quam esca. et corpus
quam uestimentum. 26 respicite uolatilia caeli quoniam non serunt neque metunt. neque

---

sauros JQ, tes. T, tehs. R, tes̄ D. celo W. hubi C. aerugo *vg.* > tinea neque erugo R. tenea DL*, tynea E. demollitur L* (*non* R); exterminat CT. *om.* **et** *ante* **ubi** J. hubi C. **non** *in ras. scr.* C^c. effudiunt R. **nec** : neque DꝐ. forantur Q. ubi fures n effodiūt n̄ furantur *sic* W.

21. hubi C. **enim est** : > est enim E, enim fuerit Q; *om.* **enim** ς. thensaurus JQ, tes. RT, tess̄. D. **ibi est** *codd. pl. et vg. et Hier.*: ibi erit DEꝐLQR *aur. gat. Bentl. cum graeco ;* erit *etiam a b c f g₁ g₂ h k m q Tert. Cypr. test. Aug. Chrom.*

22. **corporis** (τοῦ σώματος) *cum* ACꝐ*FJMV X^cY *Bentl. f.*: + tui BDEꝐ^mg HΘKLMTOQRT WX*Z *vg.* (*sed delet cod. caraf. et* tui *et* tuus), *uett. a b c ff₁ g₁ h k? q aur.* *om.* **est** R. occulus R, hoc. C; **oculus** *sine addit.* AFH*JMRVX^cYZ *cum f et gr.* ℵEG *al. pl.*: + tuus BCDEꝐH^cΘK LMTOQTWX *vg.*; *ceterum* > oculus tuus est D. + et *ante* **si f.** Ꝑ. hoculus C. > si oc. tuus fuerit simplex *vg.*, *et* > si oc. tuus simplex est R.

23. *om.* **si autem o. t. n. fuerit** L*; si autem nequam fuerit L^c. hoculus C. > fuerit nequam *vg.*; nequam est R. *om.* **totum c. tuum t. erit** Y*, + *in marg.* Y¹. tenebrossum D. tenebre. *bis* W. sint Ꝑ*. **tenebrae** *cum graeco* (τὸ σκότος πόσον) *et* AFMO*XY *Bentl. et* (*a*) *c k*: ipsae tenebrae BD HΘJKLMTV *vg. ff₁ g₁ h, et* ipse CEO¹TWZ *b f q ;* > tenebrae ipsae Ꝑ, t. ipse QR. quante LO*WY. **erunt** : sunt BEꝐ^mg QRT.

24. > unum enim Q. *om.* **unum** C. hodio CEQ. abebit L. **diliget aut un. sust. et alt.** *om.* R*, *add.* R^cl diligit. *et in mg.* aut u. s. et alt.; diligit FLZ* (-et Z⁴), dileget Ꝑ. sustenebit L. cotemnet O; contempnet DEꝐ¹ΘKQRVW (contempnet *etiam lapsu ante* diliget D). **mamonae** (μαμωνᾷ *cum gr. plurimis*) *cum* AEꝐFHΘMMT O(-e)TVXYZ*: mammonae BCDJKQZ⁴ *vg.*, -e LRW.

25. soliciti DQ *vg.* anime uestre W. uestra L*. manducetes L*. **neque** : aut D. **induamini** : uestiamini E. > plus est anima R. hesca C, aesca DEK (*et* corpus quam aesca D*). **corpus quam uestimentum** (τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος) CDꝐJLRTVXZ* *Bentl. a f ff₁ h* (*k*) *q*: corpus plus q. u. EKMTO^cQWZ⁴ *vg. Tisch.*; corpus plus est q. u. AFHΘMO*Y *Hieron. comm. et b c g₁*.

26. respicete L*, uolatili^a Ꝑ. celi W. **quoniam** : quomodo E, quae ς. seruunt Q. **neque**

27 quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum?
28 et de uestimento quid solliciti estis?
considerate lilia agri quomodo crescunt
non laborant neque nent
29 dico autem uobis quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis
30 si autem faenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestit
quanto magis uos minimae fidei?
31 nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur?
32 haec enim omnia gentes inquirunt
scit enim pater uester quia his omnibus indigetis
33 quaerite autem primum regnum dei et iustitiam eius
et haec omnia adicientur uobis
34 nolite ergo esse solliciti in crastinum
crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse
sufficit diei malitia sua.

---

congregant in horrea. et pater uester caelestis pascit illa. nonne uos magis plures
estis illis. 27 quis autem ex uobis cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum
unum. 28 et de uestimentum quid solliciti estis. considerate lilia agri quomodo crescunt
non laborant. neque neunt. 29 dico autem uobis. quia nec salomon in omni gloria sua
coopertus est sicut unum ex istis. 30 si autem foenum agri quod hodie est. et cras in
clibanum mittitur deus sic uestit. quanto magis uos modice fidei. 31 nolite ergo solliciti
esse dicentes quid manducauimus aut quid bibemus, aut quid operiemur. 32 haec enim
omnia gentes inquirunt. scit enim pater uester caelestis. quia horum omnium indigetis.
33 quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius. et haec omnia adicientur uobis.
34 nolite ergo cogitare in crastinum. crastinus enim dies de se ipse cogitauit. sufficit enim

---

metunt *om.* DL, n. metuunt E. in horreo J. celestis W. pascet $H\Theta L^c R$. **illa** + ego autem dico uobis E. **uos magis**: > magis uos ƎPJO*. **pluris estis** (διαφέρετε) *cum* C(hestis)HΘJKMT $O^{el}VWZ^4$ *vg.* *a c* ff_1 *q*: plures e. ABDEƎPFLMO*Q R(istis)TXYZ *b f* g_2, plus e. *h*, plurimum discatis *k*, praefertis *δ*.

27. hadicere C, adiecere DQ, adiicere JO^{el} *vg.*, addicere E, adicire L.

28. soliciti DLQR *vg.* hestis C. consyderate ς, siderate Q. **neque** *codd. pl. et vg.*: nec JKL MTQRZ. **nent** (νήθουσιν) *cum* ABCƎP*FHKL^c MO^{el}T*VWXYZ *vg.*; neunt DEƎP^{mg}Θ* (*expunxit* n *corr. uolens forsan* u *improbare*) JL*QRT^c: metunt M, metent O*.

29. amen dico autem R; dico enim L. **quoniam**: quia DEL. salamon DQRZ. omnia B*. **coopertus** (opertus ƎP*, cooperatus H) **est**: uestiebatur E *a cf.* uestitus est *h*.

30. si enim ς. foenum DEƎPJ *vg.*, fenum LQ RW. odie OT. clybanum C. mittetur D$ƎP^1$H ΘLMTQVZ^c, mititur K, mittur R. quando Q. **minimae** *cum codd. pl.* (-me CΘO*WZ*) 𝔇: modicae DELR(-ce ELR)ς *cod. caraf.* 𝔊𝔇 = ὀλιγόπιστοι. *Ceterum uariant codd. uett.* modicae *a b f* g_1 *k m*, minimae *c* ff_1 *l*, pusillae *h*. *Cf.* viii. 26 *ubi codd. fere omnes habent* modicae.

31. soliciti DW *vg.* manducauimus O. **aut**: at ƎP* (*sed corr.*). bibimus R. **quo** (*et* $O^{el}Z^1$) *codd. pl. et vg.*: quid CEƎP^{mg}JLMO*QZ*, quod F (τί). **operiemur** (hop. C): uestiemur L.

32. *om.* enim X. sit W. **quia his** (hiis EW) **omnibus**: quid horum omnium R. indigitis R.

33. querite C. **autem**: ergo DEQR. **regnum dei** *codd. pl. et vg.*: *om.* **dei** AO*Z* *cf.* τὴν βασιλείαν καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ *ed. Tisch. et W.H.* '*cum* ℵB g_1 *k m am. Eus*$^{pr. 12, 16}$ *Ps. Ath.*$^{?, 378}$.' *Sed* g_1 *habet* regnum dei, *et k* regnum et iustitiam dei. *Uere dici debebat* g_2 ('*a quo abest uox* dei' *Sab.*) = *Par. Lat.* 13169 *saec.* x. *In* O *nostro suppleuit super lineam m. ant.* δι, *et* dei *manus sax.*, *et* dei Z^4. iusticiam W. **haec omnia** (ταῦτα πάντα) DEƎPO^{el}RX^cY *vg.*: > omnia haec ABCFH ΘJKMMTO*QTVWX*Z. adiicientur J *vg. Tisch.*: prestabuntur D.

34. noli ƎP*, (-te *add. corr. mp.*) **esse solliciti** (soli. D): solliciti (soli. *vg.*) esse EFQRWX* *vg.*, esse solliciti + esse O. in crastino J. **sollicitus**: soli. D *vg.* **sibi ipse** ABCDE*FH*ΘJLTX^cYZ*, *cf.* > ipse sibi R: sibi ipsi $E^c H^c$KMMTO^{el}VWZ^3 *vg.*, sibi ipso *ut uidetur* X*. suffecit R; + enim DE^cƎPKQR. malicia W.

VII. 1 (50. 2) Nolite iudicare ut non iudicemini
2 in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini
et in qua mensura mensi fueritis metietur uobis.
3 (51. 5) Quid autem uides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non uides?
4 aut quomodo dicis fratri tuo sine eiciam festucam de oculo tuo
et ecce trabes est in oculo tuo?
5 hypocrita eice primum trabem de oculo tuo
et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui.
6 (52. 10) Nolite dare sanctum canibus
neque mittatis margaritas uestras ante porcos
ne forte conculcent eas pedibus suis
et conuersi disrumpant uos.
7 (53. 5) Petite et dabitur uobis
quaerite et inuenietis
pulsate et aperietur uobis
8 omnis enim qui petit accipit
et qui quaerit inuenit
et pulsanti aperietur
9 aut quis est ex uobis homo quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei?
10 aut si piscem petet numquid serpentem porriget ei?

---

diei malitia sua. VII. 1 Nolite iudicare ut non iudicemini. 2 in quo enim iudicio iudi-
caueritis, iudicabimini et in qua mensura mensi fueritis. remetietur uobis. 3 quid autem
uides festucam in oculo fratris tui. et in tuo oculo trabem non uides. 4 aut quomodo dicis
fratri tuo sine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabis in oculo tuo. 5 ypocrita eice
primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. 6 nolite
dare sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante porcos. ne quando concul-
cent eas pedibus suis. et conuersi dirumpant uos. 7 petite et dabitur uobis quaerite et
inuenietis. pulsate. et aperietur uobis. 8 omnis enim qui petit accipit et qui quaerit in-
ueniet. et pulsanti aperietur. 9 aut quis est ex uobis homo. quem si petierit filius eius
panem. numquid lapidem porrigit ei. 10 aut si piscem petit. numquid serpentem porrigit

---

VII. 1. **ut non iudicemini** : et non iudicabimini ϛ𝔖. *Cf. cor. uat.* 'ut non iudicemini *g'c' anti. glo. et Iero.*; *Lu.* vi. et non iudicabimini.'; + nolite condemnare et non condemnabimini ϛ𝔖, *e Luca* vi. 37, *etiam* L *graecus*.

2. *om.* enim J. iuditio W. iudicaberitis FYZ, iudicauеretis O*. iudicabemini E*ℶPR; iudicauimini O, iudicamini DL; + de uobis E*. **qua mensura** : -ra *sup. lin. additur litt. min.* A; + qua E*. fueretis J; + in ea E. **metietur** (μετρηθήσεται) *cum* ACFHΘJTVXYZ*: remetietur BℶPKMM̄TQWZ^{4} *vg.*, remitietur ELO^{gl}, remitetur D, remittietur R.

3. uidis *bis* R. fistucam DℶPHL*QR, fystucam E, *et sic* 4, 5. hoculo C *et sic* 4, 5, *quinquies*. fraeres L*. trabim D

4. dices DEO. tuo + frater ℶPR^{sax}Wϛ𝔖. **sine e. f. de oc. t.** *om.* R*, *add. in mg. m. sax.* eiiciam JO^{gl} *vg.*, ieciam DℶP, aeticiam E. *om.* **ecce** T. **trabes** *cum* ABCEKM̄TO^{gl}VWXYZ: trabis DℶPFHΘJL MO*QR, trabs T *vg.* > in oculo tuo est ER.

5. hippochr. L, hipochr. W, hyppochr. EℶPR(-te), hyppocr. D, hypochr. O^{gl}. eiice JO^{gl} *vg.*, eicite L*(**eice** L^{2}), iece D. eiicere JO^{gl} *vg.*, eiquere L*, eice Z* (**eicere** L^{2}Z^{2}); *om.* D. **et tunc uidebis . . . fratris tui** *bis repetitum* W.

6. sanctam Q. sanctum dare J. miseritis E* *ut uid.*, mititis E^{c}. margaretas DR. hante C. **eas** : ea X*. **et** + canes ϛ *codd. Sarum* 74, 182^{c}, *et edd. multi e.g. Hailbrun* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon. Lugd.* 1515, *Frellonius* 1565, *Guarinus Basil.* 1578. *Cf. Erasmum ad loc.* 'Canes *apud graecos non additur, nec attingitur ab interprete Chrysostomo, neque in emendatioribus Latinorum exempl. ac ne in aureo quidem* [*sc. Mechlinensi nunc Escorialensi*].' *Glossa est* (*cf. corr. uat.*) *ab interpretatione S. Aug. de Serm. Dom.* I. 68. 69 *forsan deriuata.* dirumpant O^{c}W *vg.*, dirr. M.

7. querite RW. *om.* **qu. et inu.** X*. **inuenietis**r W*. pulsante L*. haper. C.

8. querit DRW. pulsantia Q.

9. **quem si petierit f. suus** : a quo si petit filius eius E. nunquid O^{gl}ϛ(nū- *et* nun.)𝔐 *bis*. 9, 10. porrigit *semel* B, *bis* FJZ^{3}, *scdo. loco* O*, porreget D *bis*; dabit L *bis*.

10. **petet** *cum* ABCMTYZ*: petit DFHΘJL O*X* *cum* *a b f ff$_{1}$ g$_{1}$ h q*, petierit EℶPKM̄TO^{c}QR

11 si ergo uos cum sitis mali
nostis bona dare filiis uestris
quanto magis pater uester qui in caelis est dabit bona petentibus se.
12 (54. 5) Omnia ergo quaecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis
haec est enim lex et prophetae.
13 (55. 5) Intrate per angustam portam
quia lata porta et spatiosa uia quae ducit ad perditionem
et multi sunt qui intrant per eam
14 quam angusta porta et arta uia quae ducit ad uitam
et pauci sunt qui inueniunt eam.

15 (56. 10) Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces
16 a fructibus eorum cognoscetis eos.
(57. 5) Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus?
17 (58. 5) Sic omnis arbor bona fructus bonos facit
mala autem arbor fructus malos facit
18 non potest arbor bona fructus malos facere
neque arbor mala fructus bonos facere

---

ei. 11 si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris. quanto magis pater
uester qui in caelis est dabit bona petentibus se.
12 omnia ergo. quacumque uultis ut faciant uobis homines. sic et uos facite illis. haec
est enim lex et prophetae. 13 intrate per angustam portam. quia lata porta. et spatiosa uia
quae ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. 14 quam angusta porta et arta
uia quae ducit ad uitam et pauci sunt qui inueniunt eam.
15 adtendite autem a falsis prophetis. qui ueniunt ad uos in uestitu ouium. intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. 16 a fructibus eorum cognoscetis eos.
numquid colligunt de spinis uuas aut de tribolis ficus. 17 sic omnis arbor bona fructus
bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. 18 non potest arbor bona fructus malos
facere neque arbor mala fructus bonos facere.

VWX^{c}Z^{4} *vg. Tisch. cum c. Uariant graeci codd. inter* αἰτήσει *et* αἰτήσῃ *hic et uers.* 9. *ad fin.* + aut si petierit ouum nunquid porriget ei scorpionem W, *ex Luc.* xi. 12.

11. **bona** *sine add. codd. pl. et Hieron. comm. cum gr.* L, 48^{ev} *et ff*$_{1}$ *g*$_{2}$ *l*: + data (*cum gr. plur.*) BEKMTO^{al}W *vg., et a b c f g*$_{1}$ *h k q, Cyp. Aug. Auct. op. impf.* filis LR. **qui in cael.** (cel. W) **est**: caelestis E. + non *ante* dabit T. **bona**: spiritum bonum W, *ex Luc.* xi. 13 (*ut supra*).

12. **ergo** *om.* Q. quecumque E; quae cumque D; quaecunque 𝔖ℭ. **uultis** + bona Q. **homines** + bona ita ƎP^{mg}LRW; + ita BDEJQ (οὕτως). **eis** ABCFHΘJLMQTY: illis DEƎPKMTORV WX*Z *vg.* hec W. enim *sup. lin.* M; *om.* W. *om.* et W. prof. DƎPLOR(te), prophete W.

13. **intrate** + ergo O *m. ant., exp. gl.* **portam** *in mg.* T. **quia**: quam LQ. **lata** + est X*. **porta** *om.* JO*. spatiossa D. **uia** + est *vg.* imulti Z*.

14. **quam** (τί): quoniam (ὅτι) W. hangusta C. **arta** *cum* ABCFHΘK *etc.*: arcta DEJQR^{c} *vg. Tisch.* **uia**: est uia DLR, *et* > uia est T *vg.* ad itam L*.

15. adtendite BCDEƎP^{1}ΘJLMTOR; + autem uobis Q; + uobis DƎP^{mg}LR. prof. DƎPLR. houium C, obium O. rapacis L.

16. **a**: ex BD. **eorum**: autem ƎP*. nunquid ℭ. collegunt DƎP*. huuas C, ubas O. **tribulis** *cum* BCDEƎPFHΘJKLMTORTVWXZ *vg.*: tribolis AMQY. ficos DƎPO*R.

17. **fructus** (-tos E*O*Y) **bonos facit** *codd. pl. et vg.*: > bonos fr. fac. EMTR, > fr. facit bonos MQ. **mala autem . . . facit** *om.* DL. **fructus** (-os OY*) **malos**: > malos fructus E(-os*)QR *vg.*

18. **fructus** (-os OY*) **malos**: > m. fructus QR *vg.* **fructus** (-os O) **bonos**: > bonos fructus BR *vg.*; *graecus praeponit semper* καρπούς. *Uersum sic inuertunt* (*contra ueteres et graecum*) non (numquid D) pot. arb. mala bonos fructus facere (*om.* facere D) neque arb. bona malos fructus (-os E) facere DEL.

19 omnis arbor quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur
20 igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.
21 (59. 3) Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum caelorum
sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est
ipse intrabit in regnum caelorum.
22 (60. 5) Multi dicent mihi in illa die domine domine
nonne in tuo nomine prophetauimus
et in tuo nomine daemonia eiecimus
et in tuo nomine uirtutes multas fecimus?
23 et tunc confitebor illis quia numquam noui uos
discedite a me qui operamini iniquitatem.
24 (61. 5) Omnis ergo qui audit uerba mea haec et facit ea
assimilabitur uiro sapienti
qui aedificauit domum suam supra petram
25 et descendit pluuia
et uenerunt flumina
et flauerunt uenti
et inruerunt in domum illam et non cecidit
fundata enim erat supra petram
26 et omnis qui audit uerba mea haec et non facit ea

---

19 omnis enim arbor. quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur
20 igitur a fructibus eorum conoscetis eos.
21 non omnis qui dicit mihi domine domine intrauit in regno caelorum. sed qui facit
uoluntatem patris mei. qui in caelis est. 22 multi mihi dicunt in illa die domine. domine.
nonne in tuo nomine prophetauimus. et in tuo nomine daemonia eiecimus. et in tuo
nomine uirtutes multas fecimus. 23 et tunc confitebor illis quia non noui uos dis-
cedite a me qui operamini iniquitatem 24 omnis ergo qui audit uerba mea haec et facit
eam similabo eum uiro sapienti. qui aedificauit domum suam supra petram. 25 et descendit
pluuia. et uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et inpegerunt in domum illam. et non
caecidit fundata enim erat su petram. 26 et omnis qui audit uerba mea et non facit ea. simi-

---

19. **omnis** + ergo R. harbor C. fructus L*. **exciditur** (ἐκκόπτεται) *cum* ABƎP*MMTX^cY *Bentl.*: excidetur CDEƎP^1FHΘJKLOQRTVWX*Z *vg.* in igne MTX. **mittitur** (βάλλεται) *cum* ABƎP*F MRX^cY *Bentl.*: mittetur CDEƎP^1HΘJKLMTOQ TVWX*Z *vg.* *Ceterum uett. lat. sic habent* exciditur . . . mittetur *a*; excidetur . . . mittetur *b c f g₁ h q Ambr. Aug. Hieron. comm.*; excedetur . . . mittitur *k*; exciditur . . . mittitur *ff₁* (*Belsh.*).

21. omnes L. michi W; *om.* J. intrauit OX. in regno FM. celorum, celis W. uolumtatem CO. intrauit L*O. in regno B*M.

22. dicunt mihi TZ* (-cent Z^2); > mihi dicent DEL, *deinde pergit* L tuo nomine profitauimus (profet. L^2) *omisso* **in illa die dñe dñe nonne in,** *et* D in illa die nonne in nomine tuo profetauimus (*om.* **dñe dñe**). **in tuo nomine** (τῷ σῷ ὀνόματι) *ter cum* EQR *Bentl.* *cf. ad* iv. 5, 8: tuo n., in n. t., in t. n. L, in nomine tuo *pr.*, *et* in tuo n. *bis* BCƎPF HΘJKMMTOTVWX^cZ, in nomine tuo *bis et* in tuo nomine *tert.* DTX*, in nomine tuo *ter* AY *vg.* *Tisch.* profet. ƎPOR. demonia DƎPLRW. eicimus EH*L*, iecimus D. uirtutem E*. facimus E*QW.

23. confetebor D; iurabo EƎP^mg *cum b q*, *Hil. de trin.* ix. *col.* 1027 *a*, *Oros. c. pel. p.* 452, *Auct. op. imp.* nunquam Wϛ. discidite L*R. **a me** + omnes EQWϛ𝔖. hoperamini C.

24. **qui** + quia Q. *om.* **mea** F. hec W; *om.* C. **assimilabitur** *cum* AFKQTXYZ^4, -liabitur W: adsimilabitur BCEƎPHΘJLMMTRVZ*, adsimulabitur DO. quaedificauit V, qui ed. W. super DƎP*LQRZ*ϛ𝔓 *Bentl.* supra petram firmam *cor. uat.* ('firmam *non est in* . .' *mg.*).

25. *om.* **et** DKLMTX*Z* (+ et Z^4). discendit DE ƎPL*R. plubia OT, pluia DƎPLQR. uenierunt D. irruerunt M (*et ff₁*) W *vg.*; inpigerunt E (impegerunt *etiam c f k q*); uenerunt L (offenderunt *a b g₁ h*). caecidit C, cicidit DLR*. fundamenta W* (-ata *corr.*). super p. DƎP*JLQR^sax (supetram R*, *cf.* suprā *g₁*) 𝔓𝔈.

26. audiuit Q. hec W. similis est BX*; adsimilabitur E. uero L*. edif. MW. super CDE ƎPJKLMTRTW^cZ *vg.* **harenam** *codd. pl.*: harena Z*, haerenam Q, arenam ƎPJLTV*W *vg.*

similis erit uiro stulto
qui aedificauit domum suam supra harenam
27 et descendit pluuia
et uenerunt flumina
et flauerunt uenti
et inruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina eius magna.
28 (62. 2) Et factum est cum consummasset iesus uerba haec
ammirabantur turbae super doctrinam eius
29 erat enim docens eos sicut potestatem habens
non sicut scribae eorum et pharisaei.
VIII. 1 (63. 2) Cum autem descendisset de monte secutae sunt eum turbae multae
2 et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens
domine si uis potes me mundare
3 et extendens manum tetigit eum iesus dicens
uolo mundare
et confestim mundata est lepra eius
4 et ait illi iesus uide nemini dixeris
sed uade ostende te sacerdoti
et offer munus quod praecepit moses in testimonium illis.
5 (64. 3) Cum autem introisset capharnaum
accessit ad eum centurio

---

labitur uiro stulto. qui aedificauit domum suam super harenam. 27 et descendit pluuia. et
uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et inpegerunt in domum illam et caecidit et facta
ruina eius magna. 28 et factum est. cum consummasset iesus uerba haec. admirabantur
turbae. super doctrinam eius. 29 erat enim docens eos sicut potestatem habens. et non sicut
scribae eorum. VIII. 1 Descendente autem eo de monte. secutae sunt eum turbae multae.
2 et ecce leprosus quidam ueniens adorabat eum dicens. domine si uis potes me mundare. 3 et
extens manum iesus. tetigit eum dicens uolo mundare. et confestim mundata est lepra eius.
4 et ait illi iesus uide nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. et offer munus. quod
praecepit moyses in testimonium illis. 5 post haec autem cum introisset in capharnaum.

---

27. *om.* **et** DEKLMTVX*Z* (+et Z^4). *om.* **desc. pluuia** E. discendit DƎPLR. pluia DƎPL*QR. uenierunt D. *om.* **et** *ante* **flau.** L. -unt uenti e- *perd. in* O, *et uix spatium est.* irruerunt MVW *vg.*, inrunt L*; +et E*. caecidit C, cicidit DEL*R*. **fuit** (ἦν): facta est E *cum a b c g_1 h k q Cyp., Luc. cal., Auct. ad Nou., Arnob., Aug.*; facta *f.* **eius** *codd.*: illius *vg.*

28. quum Θ. **ihs** *om.* X^c *et* + sermones hos (*sed expunct.*) *ante* **uerba haec.** *In* E *hic et* viii. 3, 4 *monogramma est* Ꝭr. **ammirabantur** AFHΘK MMTQX*YZ^3 *et* admirab. BCDEƎPJLOTVWX^{c}Z* *vg. Tisch.*: admirantur R. +multae *ante* **turbae** ƎP. turbe W. **doctrinam** *cum* ADE*ƎPHΘLMO QRXY: doctrina BCFJKMTTVWZ *vg. Tisch.*

29. *om.* **eos** R. sicuti C. **habens** (*sine* et) *cum* ABCDFHΘKMMTORVWXYZ *aur. corp. et S. ioh. oxon. et Par. lat.* 262, 11955: + et (καί) EƎP JLQ *Harl.* 2826, *Par. lat.* 13171*, *vg. Tisch. Ceterum omittunt* et *a b c g_1 k Aug.*; *addunt f ff_1 h q Hieron. comm.* scribe W. pharisei CW, farisaei ƎPLOR (-ei ƎPLR), faris D.

VIII. 1. quum Θ. discendisset DƎPLRY; descendit E; +ihs Ϛ. saecutae E, sequu. Θ *vg.*, secute LW; secuti R. turbe multe W.

2. liprosus R*; +quidam DLQR. hadorabat C, adorabit T. potis R.

3. *om.* et R*, *add.* et R^{ras}. extendiens R. **manum tetigit eum ihs** (*cum graecis plur.*) ABEƎP (manum suam) FHΘLMQ (manuum *et* 15) WX^{c}Y *Tisch.*; *cf.* > manum ihs tet. eum CJT; > ihs manum tet. eum KMTO *m. a.* VZ *vg.*; > ihs manum suam et tetegit eum R: (*om.* **ihs**) manum tet. eum DO*X*, *cum graecis* ℵ BC* *etc. Tisch. Treg. W. H. Omittunt etiam* ihs *τ Walkeri et φ** (*Par.* 13171), *et k et delet cod. caraf.*; *Tisch.* (*T. G.*) *citat etiam pro omissione am. et ff_1: sed am. ex errore; et edit. Belsh. ff_1*, tetigit eum iesus, *quamuis Martianaeus, et post eum Sabatarius, om.* ihs. **et confestim** *hic inc. u.* 4 *in* Ꝗ. mundatus R.

4. ihesus *plene* C, *uide* i. 1. **uide**: uade E. **uade** + et R. hostende C. *om.* **te** R. **offer** (hoff. C): offers F (*cf.* v. 24); offert M. **munus** + tuum Ϛ. praecipit D(pre.)ƎPLQR. **moses** *cum* ABFJ MO*QTXYZ: moyses CDEƎPHΘKMTO^{al}RV*W *vg. Tisch.*, mosses L.

5. **cum autem** *codd. pl. et vg.*: post haec autem cum DLQ *b c f g_1 h q*; post haec cum autem R; post hoc autem · cum autem E. **introisset** + ihs OQ. cafarnaum LR, capharnauum ƎP (u *pr. ex-*

rogans eum 6 et dicens
domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur
7 ait illi iesus
ego ueniam et curabo eum
8 et respondens centurio ait
domine non sum dignus ut intres sub tectum meum
sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus
9 nam et ego homo sum sub potestate
habens sub me milites
et dico huic uade et uadit
et alio ueni et uenit
et seruo meo fac hoc et facit
10 audiens autem iesus miratus est
et sequentibus se dixit
amen dico uobis non inueni tantam fidem in israhel.
11 (65. 5) Dico autem uobis quod multi ab oriente et occidente uenient
et recumbent cum abraham et isaac et iacob in regno caelorum
12 filii autem regni eicientur in tenebras exteriores
ibi erit fletus et stridor dentium.
13 (66. 5) Et dixit iesus centurioni
uade et sicut credidisti fiat tibi
et sanatus est puer in hora illa.
14 (67. 2) Et cum uenisset iesus in domum petri uidit socrum eius iacentem et febricitantem
15 et tetigit manum eius et dimisit eam febris

---

accessit ad eum centurio rogans eum 6 et dicens. domine puer meus iacet in domo paraly-
ticus. et male torquetur. 7 et ait illi iesus. ego ueniens curabo eum. 8 et respondens ei
centurio ait domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo et
sanabitur puer meus. 9 nam et ego homo sum habens sub potestatem meam milites et dico
huic uade et uadit. et alio ueni. et ueniet. et seruo meo. fac hoc et facit. 10 audiens autem
iesus miratus est. et dixit sequentibus se. amen dico uobis. nec in israhel tantam fidem
inueni. 11 dico autem uobis quia multi ab horiente et occidente uenient et discumbent cum
abraham et isaac et iacob in regno caelorum. 12 filii autem regni huius expellentur in tene-
bras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. 13 et dixit iesus centurioni uade et sicut
credidisti fiat tibi et sanatus est puer in illa hora. 14 et cum uenisset iesus in domum petri
uidit socrum eius iacentem et febricitantem. 15 et tigit manum eius. et dimisit eam febris

---

puncta). ascessit K. **ad eum** + quidam DEL. > ad eum accessit + quidam Q. **centurio** *om.* V* *sed* + *int. lin. m. rec.*; centorio DLQR.

6. **dñe** *in mg.* D. puer mei L*. iactet R. domu DQRV; + mea DL. paralit. DEƎPLMTR. torcetur L.

7. **ait** AFMOY (*Tisch. W. H. T. Gr.*): et ait BCDEƎPHΘJKLMTQRTVWX (*sup. ras.*) Z *vg.* ihesus *plene* CW.

8. respondit B. centorio LR. **ait** + illi DLQR. uerbum HΘ.

9. **homo sum sub pot.** (sub pot. *sup. lin.* X): + constitutus DEΘQRT *aur. gig. cor. uat.* (*non marg.*) *vg.*; > homo sub pot. + constitutus sum L; constitutus (τασσόμενος) *ex Luca* vii. 8 *additamentum est, sed habent etiam graeci* ℵB 4. 238. 421 *q*[scr] *Chr.* (*semel*), *et a b c g₁ h k q* (*non f*) *corp. oxon.*, *Hil.*; *omittit Hieron. ad loc.* **sub me**: > me sub W*. **alio** *cum* ABCDFHΘKLMMTOQRTV WX[c]YZS (*cf. Rönsch It. und Uulg. p.* 275): alii EJX* ? ς𝔓ℭ. meo + dico DELQR.

10. **autem** *om.* L. ihesus *plene* C. > dixit seq. se J; seq. **se** + turbis E. **non**: quia apud nullum DL. tantum E*R. > tant. fidem non inueni R. hisrael D; *de aliis uide ad* ii. 6. israel *vg.* > in israhel tantam fidem ƎP.

11. **uobis** *om.* E. hor. et hocc. C. **et** + ab D. habraham ET, abraam D, abracham L. isac ƎPLR, issaac D, isahac T, ysahac C, ysaac W. celorum W.

12. fili BE. **regni** + huius DEƎPLQR. eiicientur J *vg.*, iecientur D, eientur O. **ibi** *codd. pl.* et ς𝔓ℭ: ubi RS; illic ƎP[mg]. tenebris exteriores V.

13. ihesus *plene* C. centorioni DL*R. *om.* et DELWX. crededisti O. sanitus L*. **in hora illa** (ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ) *cum* ABKMYZ*: > in illa hora CDEƎPFHΘJMTQT(ora)VWXZ[4] *vg.*; ex illa hora LORς, *etiam a b c g₁ h q gat.*, *forsan ex* ix. 22; *sed* in illa hora *habent f ff₁ k aur.* *Cf.* 'in illa hora, *g'c' anti. glo. habent sic, non* ex' *cor. uat.* '*In .. primo erat* (?) ex illa hora, *sed correctum est* in illa hora' *mg.*

14. ueniset E. ihesus *plene* C. febricantem R.

15. demisit LMTR, dimissit DƎP. febri//s E.

et surrexit et ministrabat eis.
16 Uespere autem facto optulerunt ei
multos daemonia habentes
et eiciebat spiritus uerbo
et omnes male habentes curauit
17 ut adimpleretur quod dictum est per
esaiam prophetam dicentem
ipse infirmitates nostras accepit et
aegrotationes portauit.
18 Uidens autem iesus turbas multas circum se iussit ire trans fretum.
19 (68. 5) Et accedens unus scriba ait illi
magister sequar te quocumque ieris
20 et dicit ei iesus uulpes foueas habent
et uolucres caeli tabernacula
filius autem hominis non habet ubi
caput reclinet
21 alius autem de discipulis eius ait illi
domine permitte me primum ire et
sepelire patrem meum
22 iesus autem ait illi sequere me
et dimitte mortuos sepelire mortuos
suos.
23 (69. 2) Et ascendente eo in nauiculam
secuti sunt eum discipuli eius
24 et ecce motus magnus factus est in mari
ita ut nauicula operiretur fluctibus
ipse uero dormiebat
25 et accesserunt et suscitauerunt eum
dicentes

---

et surrexit. et ministrabat eis. 16 uespere autem facto

(*Periit hic integra pagina codicis, quam fortasse recens compactor aut non habuit, aut extritam neglexit magno posteritatis damno. Sequitur autem, ut pagina sequenti legitur.*)

---

ministrabat eis *codd. nostri omnes et* 𝔖𝔈 (*αὐτοῖς* ℵ^{c}MLΔ 1. 33 *alii multi*): min. ei ϛ𝔜 (*αὐτῷ Graeci plurimi*). *Hieron. comm. habet* eis *cum a b c g_1 ff_1 h aur.*; *sed* ei *q et gig.*; ministrauit illi *k*.
16. uesperae C. **optulerunt** AFJKMMTQV XYZ: ob. BDEꝐHΘL (obtull. L*) ORTW *vg.*, hob. C *et sic fere semper.* **multos daemonia** (dem. DꝐLRW) **habentes**: omnes male habentes E. **et eiciebat sp. uerbo** *om.* J; **et** *usque ad* **habentes** *om.* L. eiiciebat *vg. Tisch.*, ieci. DꝐ MTR. **spiritus** (-os E*) **uerbo**: spiritus + inmundos uerbo BDEꝐKO *m.a.* Q (-dus Q*) W *a b c k q*; > uerbo sp̄s + inmundos R. curabit BT.
17. adinpl. CDꝐLR. **esaiam** *cum* ABEFHΘ JLOQXYϛ: essaiam Ꝑ, esayam T, hesayam C, isaiam KMMTVZ𝔜𝔖𝔈, ysaiam W, iesaiam R, issaiam D. prof. DꝐLR. **dic.** + quia DLQ. accipit ꝐLO*QR. **aegrotationes** *cum* BHΘKM VXYZ *vg. et* egr. ACDEꝐ*FLMTTW: aegritudines J *et* egr. Ꝑ^{mg}QR; + nostras B^{mg}DꝐRX*ϛ𝔖𝔈. portabit LT.
18. **illis** *om.* Ꝑ* (*suppl. mg.*). circa DEꝐ^{mg}LR. iusit EꝐLR; + discipulos ϛ𝔖, + disc. suos BO *m.a.* fretrum V.
19. accidens L*, acedens R*; + ad eum L. unis D; ait ei ER. quoquumque T. yeris C.
20. *om.* **et** KMTVXZ. dixit HLQ. **ei**: illi Ꝑ*OTX^{c}. ihesus *plene* C. ulpes DL*. **foueas**: u *sup. lin.* Ꝑ. celi W. **tabernacula** (*κατασκηνώσεις cf. Ezech.* xxxvii. 27) *cum* BD^{c}ꝐLOX* ? Z *aur.*, *et* **t.** + ubi requiescant FR *Bentleii* F, **t.** + sua ubi req. J: nidos ACHΘKMMTVWX^{c} (*in ras.*) Y *vg. Hieron. et* n. + ubi requiescant EQT (-cunt EQ); nidos tabernacula D* *sed* nidos *expunct. Conici potest hic tres, potius quam duas, uersiones unius uerbi κατασκηνώσεις codicibus nostris subesse, sc.* nidos, tabernacula *et* ubi requiescant (*uel* -cunt); *sed ueteres latini habent sic* nidos ubi requiescant *a b c h q* (*f def.*) *gig.*, nidos ubi requiescent ff_1 (*Belsh.*), n. ubi requiescunt g_1, ubi requiescant *simpliciter m*, deuorsoria *k Cypr.* *om.* **autem** D. hubi C. capud LQRW; + suum EꝐQTϛ𝔖.
21. **eius**: suis L. **ait illi**: dixit ei E. **me**: mihi L. prinum L. saepelire E *et* 22, sepilire D *et* 22.
22. ihesus *plene* C. sequaere E*. demitte LOV. **sepelire**: sepeliant J, *cf.* sine mortui sepeliant, *a* (*m*).
23. *om.* **et** D. **eo**: ih̄u E. **in nauiculam** (*εἰς τὸ πλοῖον*) *cum* ABCDJKMTOT (nab.) VWXZ *vg.*: in nauicula EFHΘLMQRY. sequuti ΘX*.
24. **motus** *omnes fere codd. et vg.* (*σεισμός*): terre motus Z* (*deinde* terre *erasum est*); R *sic habet* et ecce tempestas magna facta est in mari. *Post* **mari** + erat autem illis uentus contrarius R. *Post* **fluctibus** + erat autem (enim LQ) illis u. contr. (> u. contr. illis Q) DELQ g_2 *gat. ex Mc.* vi. 48 'erat enim uentus contrarius eis.' *Habent etiam hic Graeci* 108. 262 *ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐνάντιος αὐτοῖς. Ceterum* **ita ut**: ita in L*. hoperiretur C, opereretur D. operetur R. fructibus L*. **uero**: autem ĖJ.
25. **et accesserunt** *sine add., codd. fere omnes et cod. caraf.*: + ad eum 𝔜; + ad eum discipuli eius DEꝐ^{mg}Rϛ𝔖𝔈 (*καὶ προσελθόντες + οἱ μαθηταὶ*

domine salua nos perimus
26 et dicit eis quid timidi estis modicae fidei?
tunc surgens increpauit uento et mari
et facta est tranquillitas magna
27 porro homines mirati sunt dicentes
qualis est hic quia et uenti et mare oboediunt ei?
28 Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum
occurrerunt ei duo habentes daemonia
de monumentis exeuntes
saeui nimis ita ut nemo posset transire per uiam illam
29 et ecce clamauerunt dicentes quid nobis et tibi fili dei? uenisti huc ante tempus torquere nos?
30 erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens
31 daemones autem rogabant eum dicentes
si eicis nos mitte nos in gregem porcorum
32 et ait illis ite

---

et mari. et facta est tranquillitas magna. [27] illi autem homines mirati sunt dicentes qualis
est hic. quod et uenti et mare oboediunt ei. [28] et cum uenisset trans fretum in regionem
gerasenorum. occurrerunt ei duo daemonia habentes de monumentis exeuntes. saeui nimis.
ita ut nemo posset transire per uiam illam. [29] et exclamauerunt dicentes. quid nobis et tibi
iesu fili dei uenisti huc ante tempus torquere nos. [30] erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum pascentium. [31] daemones autem. rogabant eum dicentes si eicis nos. iube
nos ire in gregem porcorum. [32] et ait illis ite. at illi exeuntes. abierunt in gregem porco-

---

Griesb. Scholz. Tisch. ed. 7 Lachm.) sed del. cod. caraf. **nos** + quia DEPF^{mg}.

26. dixit W. **eis** + ihs EHΘRTWς𝔖ℭ *cum b c ff$_1$ k.* timiti L. hestis C. **modicae fidei** = ὀλιγόπιστοι, *cf. ad* vi. 30: modice fidei LOW. **surgens** + ihs D. **increpauit** (ἐπετίμησεν) *cum* AB*H*XY: imperauit B^{c}CDEPFH^{c}ΘJKLMMTO QRTVWZ *vg. Tisch.*(inp. CH^c) *ex uett. lat. a b g$_1$ h q* (*solus k* corripuit). **uento** (τῷ ἀνέμῳ ℵ* 1, 13, 22, 124, 209 *sah. syr.$^{sch.}$ eus$^{dem.}$ ^{93} et a b g$_1$ h q*) *cum* ADEP*FHΘO* (*m. a. u. l. indicat*) X^{c}Y: uentis BCEP^{mg}JKLMMTQRTVWX*Z *vg. Tisch. Uerbum* ἐπιτιμᾶν *uicies octies in Euangeliis occurrit, et bis ultra. Uertitur per* increpare *octies decies, sc. hic et Mt.* xvi. 22, xvii. 18, xix. 13, xx. 31, *Mc.* viii. 32, *Lu.* iv. 35, 41, viii. 24, ix. 21, 42, 55, xvii. 3, xviii. 15, 39, xix. 39, xxiii. 40 *et* 2 *Tim.* iv. 2; *per* comminari *octies, sc. Mc.* i. 25, iii. 12, iv. 39, viii. 30, 33, ix. 24, x. 13, 48; *per* praecipere *bis, sc. Mt.* xii. 16, xvi. 20; *et per* imperare *bis tantum, Lu.* iv. 39, *et Iud. uers.* 9. *In ultimo horum loco* increpet *certe melius fuisset; uide ibi annotata. Ueteres multum uariant inter* admonere (*k semel*), arguere (*r semel*), comminari, comperire (*pro* corripere *k semel*), corripere, emendare (*d semel*), imperare, increpare, minari (*b semel*), obiurgare, obsecrare (*k semel*), praecipere, prohibere. tranquilitas D.

27. **homines** + illi Θ. **et uenti** (καὶ οἱ ἄν.) *cum* AF? HΘJKMOYZ*: *om.* et BCDELMTQRT VWX? Z^c *vg. et a b c ff$_1$ g$_1$ h q.* + in *ante* **mare** L. hoboediunt C, obediunt W𝔓𝔖ℭ.

28. quum Θ. ueniisset D, uenissent MTZ*; + ihs ς𝔖. **fretum** + maris E. **regionem** *codd. pl.* (*et* X^{c}Z^4): regione BCEFKMTQWX*YZ*. **gerasenorum** AEPFH^{c}ΘJKMMTOQRVWXYZ^4 *vg.*: gerassen. BH*TZ*; gerasin. DL, gerasyn. C, gyrasen. E. hoccurrerunt C, accurrerunt L. **duo** (II D) + homines DEEPLQR. **habentes daemonia** (dem. DEPLW): > daem. habentes ER. **monum.** + et F. **saeui** *codd. pl. et vg., et* seui CEP^{mg}LW (χαλεποί): periculosi EP*O (*sed m. a. in mg. indicat u. l.* saeui) *cum uett. a b c g$_1$ h q, sed* saeui *f ff$_1$ k* (seue), pessimi *d.* **ita ut**: ita autem EP* (*sed* ita ut *mg.*). possit DEL, posit EP^{mg}.

29. **et ecce clam.** *codd. pl. et vg.* (καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν): et ecce exclam. DL; et exclam. (*om.* ecce) H^{c}Θ (et ec///clam. H^c). [*post* **dicentes** *ad* ix. 18 **defuncta** *def.* O.] **tibi** + ihu BDKLMTQR VZ^4 *vg.* **fili** *cum* BDEEPHΘKLMMTWXYZ *vg.*: filii ACFJQRTV. uenisti hic W; *om.* **huc** F. uenisti + perdere nos ante tempus, huc ante tempus (*sed exp.* p. nos ante t.) D. **nos**: nus L*. hante C. **torquere** (torcere R*): perdere C, *ex Mc.* i. 24.

30. longue D. ab eis BDELQX*, *et* > grex porc. ab eis R. > mult. porc. E *vg.* **pascens** (βοσκομένη): pascentium DEEP^{mg}L^c (pascentim L*), *cum a b c d f g$_1$ h q gat.*

31. demones DEPLRW. **autem**: uero T. **rogabant** (παρεκάλουν): rogauerunt R. eiicis J *vg.*, iecis DR. **nos** + hinc Bς𝔖ℭ. grgem Y.

32. **at**: ad ? L*. habierunt . . . habiit C. **ecce** + magno Kς𝔖. inpetu CMRT, impletu V. abit L*QR. preceps DW.

at illi exeuntes abierunt in porcos
et ecce impetu abiit totus grex per praeceps in mare
et mortui sunt in aquis
33 pastores autem fugerunt
et uenientes in ciuitatem nuntiauerunt omnia
et de his qui daemonia habuerant
34 et ecce tota ciuitas exiit obuiam iesu
et uiso eo rogabant ut transiret a finibus eorum.
IX. 1 (70. 1) Et ascendens in nauiculam transfretauit
et uenit in ciuitatem suam
2 et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto
et uidens iesus fidem illorum dixit paralytico
confide fili remittuntur tibi peccata tua
3 et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasphemat
4 et cum uidisset iesus cogitationes eorum dixit
ut quid cogitatis mala in cordibus uestris?
5 quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata
aut dicere surge et ambula?
6 ut sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata
tunc ait paralytico
surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam

---

rum. et ecce impetum fecit totus grex. per praeceps in mari. et mortui sunt in aquis.
33 hi autem qui eos pascebant. fugerunt. et uenientes in ciuitatem. nuntiauerunt omnia. et de his qui daemonia habebant.
34 et ecce tota ciuitas exiit obuiam iesu. et uidentes eum rogabant ut transiret a finibus eorum. IX.
1 Et ascendens in nauiculam transfretauit. et uenit in ciuitatem suam.
2 et ecce obtulerunt ei paralyticum. iacentem in lecto. et uidens iesus fidem illorum. dixit paralytico. constans esto fili. dimittuntur tibi peccata tua.
3 et ecce quidam de scribis dixerunt intra semetipsos. hic blasphemat.
4 et uidens iesus cogitationes eorum dixit. ut quid cogitatis mala in cordibus uestris
5 quid est enim facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere surge et ambula.
6 ut sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem super terram dimittendi peccata. tunc ait paralytico surge. tolle lectum

---

33. hautem C. fugierunt CDHΘ. ueniunt W. ciuitate EH; + et W. nuntiarunt L, nunciauerunt W𝔖ℭ; + haec Eϛ. dae E. hiis EƎPRW, hic B, iis ϛ, eis ℌ𝔖ℭ. demonia DƎPLRW. **habuerant** *codd. fere omnes* (*et* D *et* Z[1]) *et vg.* (τὰ τῶν δαιμονιζομένων): habuerunt EƎPJLMYZ*; habebant QR, *cum a b c f g_1 h q.*

34. **tota** *in* A *sup. lin.* exit LQR; + in E. hobuiam C. uisso D, uisu W. rogaunt L*, rogauerunt L°D; + eum CERϛ𝔖. *om.* **a** T.

IX. 1. **et ascendens** + iesus *cor. uat.* (*delet mg.*) ϛ𝔖 (*c. Gr.* C[3]F *al. plus*[10], *item* C* *al.*[4] *post* πλοῖον). **in nauiculam** (εἰς πλοῖον): in nauicula DEFM QRY.

2. paraliticum *etc.* EH *semel*, DƎPLRTW *ter*, *hic et u.* 6; paralitico Y *hic et u.* 6, *sed* paralyticum. gacentem C. > in lecto iacentem BƎPKMTVXZ; iacentem in lectam M*. **et uidens**: uidens autem BƎPKMTVXZ𝔖. **fili** *cum* BCDEFHΘJKLMMTR TVWXYZ *vg.*: filii AQ *uide* i. 20, viii. 29 *et infra u.* 27. remitentur R. *om.* **tua** J.

3. scribiis E. blasfemat DƎPLRT, blasphae. E; + quis potest dimittere peccata nissi solus dš D *ex Marc.* ii. 7, *Luc.* v. 21. *Similiter* quis potest remittere peccata nisi unus deus *a h.*

4. quum HΘ. ihesus *plene* C. **dixit** + eis R. *om.* ut DL. cogitetis Z* (*corr.* Z[4]), cogitis L*.

5. quid; facilius dicere W. **quid** + enim DL. **facilius** *sup. ras.* X. demittuntur LV, dimituntur R. **peccata** + tua DEƎP[mg]HΘKMTQTVϛ𝔖ℭ. **aut**: *om.* X*; an BFL *vg.* surge//// (= surgere?) Θ. hambula C.

6. **sciatis autem** *codd. omn. cor. uat.*: > autem sciatis *cor. uat. mg. vg.* **quoniam**: quia ELW *vg.* > potestatem habet D. **dimittendi** (dem. LRV): dimittere ƎP*Q. paralit. DƎPLRTWY *uide u.* 2. **surge** + et CDELQR. **lectum**: grabattum ƎP.

7 et surrexit et abiit in domum suam
8 uidentes autem turbae timuerunt
et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus.
9 (71. 2) Et cum transiret inde iesus
uidit hominem sedentem in teloneo mattheum nomine
et ait illi sequere me
et surgens secutus est eum.
10 (72. 2) Et factum est discumbente eo in domo
ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum iesu et discipulis eius
11 et uidentes pharisaei dicebant discipulis eius
quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester?
12 (73. 2) At iesus audiens ait
non est opus ualentibus medico sed male habentibus
13 euntes autem discite quid est misericordiam uolo et non sacrificium
non enim ueni uocare iustos sed peccatores.
14 Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes
quare nos et pharisaei ieiunamus frequenter
discipuli autem tui non ieiunant?
15 et ait illis iesus
numquid possunt filii sponsi lugere

---

tuum et uade in domum tuam. 7 et surgens abiit in domum suam. 8 uidentes autem turbae
admirantes timuerunt. et magnificauerunt deum. qui talem dedit potestatem hominibus.
9 et cum transiret inde iesus uidit hominem sedentem in toloneo mattheum nomine
et ait illi. sequere me. et surgens secutus est eum. 10 et factum est discumbente eo
in domo. ecce multi publicani et peccatores. uenientes discumbebant cum iesu. et disci-
pulis eius. 11 et uidentes pharisaei dicebant discipulis eius. quare cum publicanis et pecca-
toribus manducat magister uester. 12 iesus autem audiens ait illis. non opus habent sani
medicum sed male habentes. 13 euntes autem discite quid est misericordiam uolo et non
sacrificium non enim ueni uocare iustos. sed peccatores. 14 tunc accesserunt ad eum discipuli
iohannis dicentes quare nos et pharisaei ieiunamus frequenter. disciputi autem tui non
ieiunant. 15 et ait illis iesus numquid possunt filii sponsi ieiunare. quamdiu cum eis est

---

7. habiit C, habit R, aueuit L*.

8. *om.* autem R. turbe W. glorificab. T, gloricauerunt Y. > talam (*sic*) potestatem dedit R.

9. *Totus uersus litt. graecizantibus scr. est in* D. quum HΘ. transire R, transierat EP*. inde *sup. lin.* T. in teloneo ABEP¹FKMQT^c(-io)VXYZ^c *vg.* (telonaeo MTZ*, theloneo CHΘRW, thelonio J, thyloneo E, tiloneo DL): ad telonium T*, in teloneum EP**h* = ἐπὶ τὸ τελώνιον. *Cf.* ad teloneum *c* g_1, super teloneum *d*. mattheum ACEPFHΘKMMT QTVXZ, matthū D, matheum ELRY: matthaeum BJW *vg. Tisch.* sequaere E. > surgens et R. sequutus BHΘX*, sceus L. *om.* est MT.

10. *om.* eo D. domu DMTQRV; + et DER. puplicani EPR, plicani D. ihesu *plene* C. et discipuli DL*RY. discipulis suis J.

11. pharisei CW, pharis̄ D, farisei LR. publicaniis E*, puplicanis DEP *et* R *qui inuertit* quare magister uester cum pup. et p. m. *cum b c* g_1 *h q.* manducat + et bibit E *cum* g_2 *et graecis* 'M *al. fere*[20] *Theoph.*' *ex Marco* ii. 16.

12. ad L*. > audiens ih̄s R *cf.* audiens autem ih̄s g_1; *uariant graeci* ὁ δὲ ἀκούσας *Tisch. W. H. cum* ℵBD(*sic*) 248, *sah. aeth.*, ὁ δὲ Ἰησ. ἀκούσας *codd. pl.* hopus C. ualentibus: sanis BHX*?, ualentibus X^c *super rasuram.* medico *cum* A(F *def.*)EPJMOQRXYZ*: medicus BCDEHΘKLMT RTVW *vg.*, medicis Z². abentibus C.

13. euntes autem ////////// misericordiam E *sed m. recentior superscr.* dicite. quid est *fere omnes et* T*: quid sit LT^c. missericordiam DEPL. sacrifitium W. iustus R. peccatores + ad paenitentiam (pen. HQ) HΘQ.

14. accesserunt: uenerunt H. ioannis 𝔥𝔖ℭ. pharisei W, farisei EPLR, faris̄ D. geiun. C *ter hic et* 15. ieiunt L*.

15. ait (*om.* et) KZ*, et *add. in mg.* Z⁴. filii sponsi (*cf.* οἱ υἱοὶ τοῦ νυνφίου D '*colb.*' *ap. Wetst.*, *goth.*, *sax.*, *aeth.*) *codd. et vg. et uett.*: *cf. Luc.* v. 5, *sed Mc.* ii. 19 *habetur* f. nuptiarum. lucere H. quandiu DEP*ϛ𝔥, quam diu A. quum Θ. aufferetur D, aufurtur OT. hab C *ad fin.* + in illis diebus DELQ.

quamdiu cum illis est sponsus?
uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt.
16 Nemo autem inmittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus
tollit enim plenitudinem eius a uestimento et peior scissura fit
17 neque mittunt uinum nouum in utres ueteres
alioquin rumpuntur utres et uinum effunditur et utres pereunt
sed uinum nouum in utres nouos mittunt et ambo conseruantur.
18 (74. 2) Haec illo loquente ad eos
ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens
filia mea modo defuncta est
sed ueni inpone manum super eam et uiuet
19 et surgens iesus sequebatur eum et discipuli eius.
20 Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis
accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius
21 dicebat enim intra se
si tetigero tantum uestimentum eius salua ero
22 at iesus conuersus et uidens eam dixit
confide filia fides tua te saluam fecit
et salua facta est mulier ex illa hora
23 et cum uenisset iesus in domum principis

---

sponsus. uenient autem dies. quando auferetur ab eis sponsus. et tunc ieiunabunt. 16 nemo
autem committit commissuram panni rudis. in uestimento ueteri. tollit enim plenitudinem
eius a uestimento et peior scissura fit. 17 neque mittunt uinum nouum in utres ueteres alioquin
rumpentur utres. et uinum effundetur et utres pereunt. sed uinum nouum in utres nouos
mittunt et ambo conseruantur. 18 haec illo loquente ad eos. ecce princeps unus. ueniens
adorabat eum dicens. domine filia mea modo defuncta est. sed ueni inpone manum tuam
super eam et uiuet.

19 et surgens iesus. secutus est eum cum discipulis suis. 20 et ecce mulier quae san-
guinis fluxum patiebatur. duodecim annis accedens retro tetigit fimbriam uestimenti eius.
21 dicebat enim intra se si tetigero tantummodo uestimentum eius salua ero. 22 iesus autem
conuersus et uidens eam dixit. constans esto filia fides tua te saluam fecit et salua facta est
mulier ex illa hora. 23 et ueniens iesus in domum principis uidens tubicines. et turbam

---

16. **autem**: enim R. **inmittit** *fere omnes*, immittit RZ^4 *et vg.*: committit (con. 𝔈𝔓Q) D𝔈𝔓LQ; mittit E. **commissuram** *fere omn. et vg.*: commisuram 𝔈𝔓Θ, conmissuram CTV. rudi Y. fetus R. tollet DHΘ. **plenitudinem**: fortitudinem E. *om.* **a** *post* **eius** C. scisura E𝔈𝔓R.

17. mittunt /////// nouum in utres ////// ueteres E (*sed al. m. add.* uinū *in mg.*). *om.* **nouum** W. hutres *quater* C. rumpentur LR. **utres** + ueteres R. effundetur DEH^c(effudetur H^*)ΘLQ (*non* R). **pereunt** *fere omnes*: periunt DH^*, peribunt EH^cΘLR. nouom E^*. mittuntur 𝔐𝔗; ponunt R. hambo C. conseruant L^* (*corr. m.* 2).

18. **haec** + autem M (*cum graeco* L *al.*^{3} *cop.*), **illo**: eo DL. *om.* **ad eos** Z^* (*add.* Z^2) *cum graeco* 1 *al. fere*^{10} *cop. Hil.* eece L. **unus**: *om.* D; unum L^*. **accessit et**: accedens L. **adorabat** AC (had.)DE𝔈𝔓FHΘJKLM𝔐𝔗RVX^cYZ^c *vg.*: adorauit BW$X^*$$Z^*$, adorabit T. **dicens** + domine BE𝔈𝔓HΘK𝔐𝔗RVWZ *vg.* **modo** *om.* $𝔈𝔓^*$, *suppl. mg.* def-functa D, diffuncta E, defucta V. **inpone** *fere omnes et* L *una littera ad fin. erasa*: impone BJOWX *vg.* **manum** + tuam BDE𝔈𝔓LQR *vg.* uiuit F.

19. **et surgens**: exsurgens DQ (*om.* **et**). *om.* **ihs** L. sequebantur *sup. lin.* X^c.

20. **et** *om.* $𝔈𝔓^*$, *suppl. mg.* que CE. > fluxum (fluxsum L) sanguinis DL. patiaebatur E. **duodecim**: XII DE𝔈𝔓LRW. **fimbriam** (fymbriam D) **uestimenti** *fere omnes*: uestimentum B *cum* g_1.

21. titigero D. uestimenta E. saluauero L.

22. ad L^*O. salbam . . . salba C. saluum L^* (*corr.* L^2). > facta est salua R. ora LT.

23. quum HΘ. ueniisset D. hiesus C *quod rarissimum est.* principes R; + cuiusdam E. **et** + cum R. **uidisset**: audiisset D; uidens L; + ibi BJ *et* X^*. **tibicines** *codd. plur. et vg.*, tibiscines W: tubicines CDEJT, tuuicines R^* (*sed superscr.* b *corr. sax.*). *om.* **et** JY. *om.* **turbam** Y. **tur.** + multam T. tu multu antem L.

et uidisset tibicines et turbam tumultuantem
24 dicebat recedite non est enim mortua puella sed dormit
et deridebant eum
25 et cum eiecta esset turba
intrauit et tenuit manum eius et surrexit puella
26 et exiit fama haec in uniuersam terram illam.
27 (75. 10) Et transeunte inde iesu secuti sunt eum duo caeci clamantes et dicentes
miserere nostri fili dauid
28 cum autem uenisset domum accesserunt ad eum caeci
et dicit eis iesus creditis quia possum hoc facere uobis?
dicunt ei utique domine
29 tunc tetigit oculos eorum dicens secundum fidem uestram fiat uobis
30 et aperti sunt oculi illorum
et comminatus est illis iesus dicens uidete ne quis sciat
31 illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.
32 Egressis autem illis
ecce optulerunt ei hominem mutum daemonium habentem
33 et eiecto daemone locutus est mutus
et miratae sunt turbae dicentes numquam apparuit sic in israhel
34 pharisaei autem dicebant in principe daemoniorum eicit daemones.

---

tumultuantem. dicebat eis. 24 discedite. non est enim mortua puella. sed dormit. et inri-
debant eum. 25 cum autem eiecta esset turba. intrauit et tenuit manum eius. et surrexit
puella. 26 et exiuit fama haec in uniuersam terram illam. 27 et transeunte inde iesu secuti
sunt eum duo caeci. clamantes et dicentes. miserere nobis fili dauid. 28 ueniente autem eo
in domum. accesserunt ad eum caeci illi. et ait illis iesus creditis quia possum hoc facere
uobis. dicunt ei utique domine. 29 tunc iesus tetigit oculos eorum dicens. secundum fidem
uestram fiat uobis. 30 et aperti sunt oculi eorum.

et comminatus est illis iesus dicens. uidete ne quis sciat. 31 illi autem. exeuntes diffa-
mauerunt eum in tota terra illa. 32 egressis autem illis ecce obtulerunt ei hominem mutum
surdum daemonium habentem, 33 et eiecto daemone. locutus est mutus. et miratae sunt turbae

---

24. recidite JL*, recidete E, recedete R. > non mortua est enim p. R, non est enim puella mortua DL, *om.* enim L. dormiuit Q. diridebant DEƎP HLMOR.

25. quum HΘ. iecta DE*ƎPL*R. **intrauit** + in domum ƎP^{mg}R. **manum eius** + et dixit puella surge ϚƧ. *Hanc lectionem agnoscit cor. uat. sed referre uidetur ad Luc.* viii. *Mc.* [v]; *delet cor. uat. mg. Cf.* et dixit puella exsurge *h.*

26. exit LQR. huniuersam C.

27. transeuntes R. **inde iħu** (iħs LR *non* Y): > iħu inde T. sequuti HΘ. **duo caeci** (ceci KW): ·II· (*om.* **caeci**) D, duo domum caeci Q. **dicentes** + dñe D. misserere DƎP. *in* **nostri**, -ostri *sup. lin. m. ut uid. pr.* X. **fili** *codd. plurimi:* filii ABC*(i *eras*)ƎPJQR (F *def.*): *cf. uers.* 2. dauit H.

28. quum HΘ. ueniisset D, ueniset R. adcesserunt MO. **ad eum** + duo D(II)LRT. **caeci** + rogantes R. *om.* **et** *ante* **dicit** ƎP. dicebat D, dixit Q. **creditis**: credidisti H. > hoc possum W *vg.* > uobis facere D. **uobis** *om.* R*; + uos *sup. lin.* R^{c}; + at illi E, + et J *ante* **dicunt.** **ei**: enim T. hutique C.

29 *et* 30. hoculos C, occulos O *semel.*

13 (146. 3) Quod cum audisset iesus secessit inde in nauicula
in locum desertum seorsum
et cum audissent turbae secutae sunt eum pedestres de ciuitatibus
14 et exiens uidit turbam multam
et misertus est eius et curauit languidos eorum.

---

6 die autem natalis herodis. saltauit filia herodiadis in medio triclinio. et placuit herodi. 7 unde cum iuramento pollicitus est ei dare. quodcumque postulasset ab eo. 8 ad illa praemonita a matre sua. dixit da mihi in disco caput iohannis baptistae. 9 et contristatus est rex. propter iuramentum autem. et propter simul discumbentes. iussit dari. 10 et mittens decollauit iohannem in carcere 11 et ablatum est caput eius in disco. et datum est puellae. puella autem attulit matri suae. 12 et accedentes discipuli eius. tulerunt corpus eius. et sepelierunt illud. et uenientes nuntiauerunt iesu.

13 audiens autem iesus secessit inde in nauicula. in locum desertum seorsum et cum audissent turbae saecutae sunt eum pedestres de ciuitatibus. 14 et exiens iesus. uidit turbam

---

cidere C. profetam DƎPLOR. **eum**: *om.* R; meum Y* (*sed corr.*).

6. diae C. natali O; *Latini libere uertunt, cum Graeci legant γενεσίοις δὲ γενομένοις uel ἀγομένοις, γενεσίων δὲ γενομένων uel ἀγομένων (et sic fere d* ff_1 *k δ), nisi ex uarietate graecorum coniciendum sit γενεσίοις δέ sine participio.* erodis D. filiam E; *om.* **filia her.** Q. erodiadis D, herodis T* (*corr.* T^1 *uel* ^{2}). **in medio** (ἐν τῷ μέσῳ): + triclinio DEƎPH^cΘQRTW *corp. ox. cum b c e f* ff_2 g_1 *h q.* erodi D.

7. hunde C. *om.* **est** T* (+ *sup. lin.* T^2 *uel* T^3). quodcunque ϛℌ. postolasset L. hab C.

8. ad CO. premonita D. **da mihi inquit** (inquid CEΘ*W) = δός μοι φησίν, *cum* ABCƎPHΘJKLMMTO*VWXYZ^c *vg.*: inquid da mihi R, dixit da mihi DQ *cum* D *graeco* εἶπεν δός μοι *et similiter* dixit da mihi *a b c d f* (ff_1) ff_2 g_1 *h k q*. *Utramque lectionem confundunt* dixit da mihi inquit (inquid ET) E(O^ol)TZ*. **hic** (ὧδε): *om.* CDERT *cum b c f* ff_1 ff_2 g_1 *h sed* hic in disco *q*, in hoc disco *a*, hic (*om.* **in disco**) *d*, hoc in catino *k*. > caput ioh. bap. in disco Q. capud RW. iohannes O*, ioannis 𝔖ℭ. babtistae CDLR, baptiste W.

9. *om.* **et** RW. *om.* **est** R. **rex**: herodis Q; rex + herodis (er. D) DE. **iuramentum** ACDEƎP^mg FHΘLMQRTWX^cYϛℌℭ *cum a b f* ff_2 g_1 *h q*: iusiurandum BƎP*JKMTOVX*Z𝔖 *cum c d* ff_1 *k*. *om.* **autem** DEL. **et** + propter BEQX*. **eos qui pariter recumbebant** (τοὺς συνανακειμένους): simul recumbentes E *cum a b c* ff_2 g_1 *h q cf. f*; + eo R. iusit EƎPLR; + autem D.

10. missitque DL. decolauit LR, dicollauit O. iohannen KMTOZ, ioannem ℌ𝔖ℭ, carcerem EHOZ.

11. adlatum CDEƎP^mg ΘQJT, alatum O. capud RW. **puellae** (puelle W) **et**: + puella QR; + illa BEƎP^mg ϛ. *om.* **et tulit matri suae** g_1 (*sed corrector add.* puella autem adtullit m. s.). **tulit** (ἤνεγκεν): attulit *vg.*, ad tulit Q, atulit J; dedit LR. matris suae EO.

12. *om.* **eius** E. tollerunt LR* (tull. R^cr). **corpus** (τὸ πτῶμα *uel* σῶμα *sine* αὐτοῦ) ABCFHLMOVXYZℌℭ: + eius DEƎPΘJKMTQRTWϛ𝔖. sepilierunt D, sepellerunt R. **illud** + in monomento E *ex Mc.* vi. 29 *et sic* F. nunciauerunt W. ihesu *plene* C, *cf. ad* i. 1; ihs Y.

13. quum CΘ. audiisset *et* audiissent D. > ihs audisset W. in nauiculam HΘRT𝔖 (*sed graeci* ἐν πλοίῳ). **desertum** (ἔρημον) *codd. pl. et* X^cZ^1 *vg.*: secretum B *et forsan* X*Z*, destum L, *cf.* destatum *k*. s^eorsum O. turbe W. saecutae R, secute W, secuti ƎP, sequutae Θ, sequtae L. pedestris BƎP^1H.

14. ex Iens D. missertus DQ. *om.* **est** Q.

15 (147. 1) Uespere autem facto accesserunt
ad eum discipuli eius dicentes
desertus est locus
et hora iam praeteriit
dimitte turbas
ut euntes in castella emant sibi escas
16 iesus autem dixit eis non habent necesse ire
date illis uos manducare
17 responderunt ei non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces
18 qui ait eis afferte illos mihi huc
19 et cum iussisset turbam discumbere supra faenum
acceptis quinque panibus et duobus piscibus
aspiciens in caelum benedixit et fregit
et dedit discipulis panes
discipuli autem turbis
20 et manducauerunt omnes et saturati sunt
et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos
21 manducantium autem fuit numerus quinque milia uirorum
exceptis mulieribus et paruulis.
22 (148. 6) Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculam

---

multam. et misertus est eis. et curauit infirmos eorum. 15 uespere autem facto. accesserunt
ad eum discipuli eius dicentes. desertus est hic locus. et hora iam praeteriit. demitte turbas
ut euntes in castella. emant sibi escas. 16 iesus autem dixit eis. non habent necesse ire.
date illis uos manducare. 17 ad illi dixerunt ei. non habemus hic. nisi quinque panes et
duos pisces. 18 et ait illis iesus. adferte mihi eos huc. 19 et cum iussisset turbam discumbere
supra fenum acceptis quinque panibus et duobus piscibus aspiciens in caelum benedixit. et
frangens dedit discipulis panes discipuli autem turbis. 20 et manducauerunt omnes. et
saturati sunt. et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos. 21 qui
autem manducauerunt erant uiri quasi quinque milia. exceptis mulieribus. et paruulis. 22 et

---

eius (*ἐπ' αὐτόν* L *Orig.*) *cum* ACꝐ^{1}FHΘKLMTO T^{c}VWX^{c}Y*Z*Hieron.*, *cf.* illi *ff*$_{2}$: eis BDEꝐ*JMQ RX*Y^{d} *vg. Tisch.*, *cum graecis plurimis* = *ἐπ' αὐτοῖς uel ἐπ' αὐτούς, et uett.* illis *a b c ff*$_{2}$ *g*$_{1}$ *h*, eis *f ff*$_{1}$; *solus* D^{gr} *περὶ αὐτῶν* = de eis *d*, pro illis *q*; *om.* T* *cf.* i. 1. eorsum R.

15. uesperae C. **discipuli eius**: discipulis L. disertus DL, desurtus Y*. > locus est EL. ora O, horam H* (*sed* m *exp.*). preteriit D, praeterent L. demitte ORY, demite L. castell^{o} E^{c} *sup. ras.* hemant sibi hescas C. > aescas sibi D* (aesc. *etiam* E).

16. **eis**: illis EꝐFLR. *om.* **habent** D. necessire R. *om.* **uos** ꝐL*: > uos illis Ꝑ^{mg} *et forsan* D^{c}.

17. **responderunt** (*bis scr. in* T* *sed pr. erasum*) **ei** + dicentes Q, *sed graeci οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ.* hiic Ꝑ *et* E*. **quinque**: ·v· DEQRW *et* > panes ·v· Q. **duos**: ·II· DE*(II^{os} E^{c}). piscis O.

18. **eis** *codd. plur. et vg.*, *et* illis ELR (*αὐτοῖς* P *solus*): *om.* D *cum graecis.* adferte DEꝐJLMT ORTVZ. > huc illos mihi KMTVZ, mihi huc illos D, illos huc mihi B, illos michi huc T(?)W, mihi illos huc *vg.*, illos mihi (*om.* huo) X*; *graeci μοι ὧδε αὐτούς et μοι αὐτοὺς ὧδε, om. ὧδε* D I *et uett. pl.*

19. **et cum** *bis lapsu* E. quum CΘ. iusisset DꝐ, iusiset L; uidisset W. **turbam** *codd. et vg.* (*τὸν ὄχλον* D, *non d g*$_{2}$) *cum a b c f ff*$_{1\cdot2}$ *g*$_{1}$ *h q*: turbas (*τοὺς ὄχλους*) JV *cum graecis fere omnibus.* **discumbere**: e *fin. sup. ras.* E; discubere L*. **supra**: super JRWZ* *vg.* **faenum** *codd. pl.*: fenum BKORWXZ*, foenum DEꝐJL *vg.* acciptis E. **quinque**: ·v· DRW. **duobus**: ·II· D, II^{b}; E, duos H. haspiciens C; aspicientes H. celum W. *Post* **fregit** *om.* **et** L. **discipulis** + suis DEJLQR. *om.* **panes** B *cum* 242* *b ff*$_{1}$ *h.* **autem** + dederunt QT^{c}(*sup. lin.*)𝔖; *cf.* + posuerunt *b cum syr. cu. et pesh. memph.* turbas V*.

20. *om.* **et** *ad init.* E. *om.* **et** *ante* **tulerunt** F. tullerunt R. **duodecim**: ·XII· DEꝐFRW. cop^{h}inos Θ, chophinos O, cofinos FLMR, coffinos DE; *sed* > coffinos XII E, > fragmentorum duod. coph. plenos J.

21. **quinque**: ·v· DEFRW. millia *vg.*; ·M· R. **mul. et paruulis** (paruolis T, parbulis O): > pueris et mulieribus E *cum* D *gr.* I *a b c* (*non f*) *ff*$_{1}$ *ff*$_{2}$ *g*$_{1}$ *h q*, infantibus et mul. *d.*

22. **statim iussit** (iusit ꝐLR) **discipulos** AC ꝐFH*LMTWXY *ubi graeci uariant*: st. iussit d. + suos BH^{c}ΘJKMTORVZ *et* st. iussit discipulis suis Q; st. iussit + ihs discipulos 𝔊𝔄; st. iussit +

et praecedere eum trans fretum donec
dimitteret turbas.
23 (149. 2) Et dimissa turba ascendit in
montem solus orare.
(150. 4) Uespere autem facto solus erat
ibi
24 nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus
erat enim contrarius uentus
25 quarta autem uigilia noctis uenit ad
eos ambulans supra mare
26 et uidentes eum supra mare ambulantem turbati sunt dicentes quia
phantasma est
et prae timore clamauerunt
27 statimque iesus locutus est eis dicens
habete fiduciam ego sum nolite timere.
28 (151. 10) Respondens autem petrus dixit
domine si tu es iube me uenire ad te
super aquas
29 at ipse ait ueni
et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam
ut ueniret ad iesum
30 uidens uero uentum ualidum timuit
et cum coepisset mergi clamauit dicens
domine saluum me fac
31 et continuo iesus extendens manum
adprehendit eum

---

statim iussit discipulos ascendere in nauiculam et praecedere eum trans fretum. donec dimit-
teret turbas. 23 et dimissa turba. ascendit in monte solus orare. uespere autem facto. solus
erat ibi 24 nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus erat enim contrarius uentus.
25 quarta autem uigilia noctis. uenit ad eos iesus ambulans super mare 26 uidentes autem
eum discipuli eius. supra mare ambulantem. expauerunt dicentes. quia phantasma est. et
prae timore exclamauerunt. 27 statim autem locutus est eis iesus dicens habete fiduciam. ego
sum nolite timere. 28 respondens autem ei petrus dixit domine. si tu es iube me uenire ad
te super aquas. 29 ipse autem dixit ueni. et descendens petrus de naui ambulabat super
aquam ut ueniret ad iesum. 30 uidens autem uentum ualidum. timuit et cum coepisset mergi
exclamauit dicens domine saluum me fac. 31 continuo autem iesus extendens manum adprae-

---

ihs discip. + suos E, *et* > st. ihs discipulos suos iussit D; st. compulit (ἠνάγκασεν *gr. omn.*, compullit *corr. uat. mg.*, *cf.* coegit *d*, cogit *e*) ihs discipulos 𝔖ℭ. hascendere C. in nauiculam (εἰς τὸ πλοῖον) CDHΘJKLORTVWX^c Z^4 *vg. cum b f ff₁·₂ q*: in nauicula ABEƎPFMMTQX*YZ *a c g₁ h*. et precedere DW; ut praecederent Q. donec + ipse DQR *ex Mc.* vi. 45, *sine auct. graec. sed cum a b c ff₂ g₁ h q* (*non f ff₁*). demitteret OR, demitter|ret L.

23. dimisa EƎPL, demissa O, demisa R. monte FH. horare C. uesperae C.

24. midio R*. iectabatur D, iactauatur L; uexabatur J. **enim**: autem DEQR (*sed graeci* γάρ); + illis DQR; + eis E *ex Marco* vi. 48. > uentus contrarius EQR.

25. *om.* autem L. nootis *lapsu* H. eos + ihs DR. hambulans C. **supra** *codd. et* 𝔖: super BLTWX*Z*Ϛ𝔄ℭ.

26. **supra** *codd. et* 𝔖: super WϚ𝔄ℭ. hambulantem C. **quia**: quod F. **phantasma** ABCF HΘMQXY *vg.*: fantasma DEƎPJKLMTORTVWZ. esset O*. pre D; pro Q.

27. **statimque**: continuoque R. ihesus *plene* C *cf. ad* i. 1. loqutus ΘL. fyduciam E. > nolite timere ego sum E.

28. **autem** + ei DER *cum graecis plurimis; et* > autem petrus + ei R. *om.* **domine** D. > si tu es domine J. **si** *om.* T*. iuue O*. > ad te uenire EƎPMT *vg. cum graecis multis; sed* uenire ad te *cod. caraf.* aquam Ϛ.

29. **at**: ad C; et DR. discendens DƎPL, discendiens R; descendit E. *om.* de Y. nauiculā T. ambulauit ƎP*(-bat *mg.*); ambulat D. supra E. **aquam**: *om.* R mare EQ. **ihm**: dnm E.

30. **uero** (δέ): *om.* ƎP* (+ *mg.*); ergo D. **ualidum** *fere omnes* (= ἰσχυρόν B²CD *et graec. cett.*) *cum uett.*: *om.* R *cum graecis* ℵB* 33 *memph.* quum Θ. caepisset L, cepisset W. **mergi** *codd. pl. et vg.*: mergeri AOXY, -iri ƎP*. > saluum me fac dñe R. salbum C. *Post* **uero** *deficit* B *usque ad* **eorum** xv. 8.

31. *om.* **ihs** E. extendiens R. **manum** + suam R. **adprehendit** *cum* DJMX*Z^c: adpraehendit EƎPHΘLORZ*, adpraeendit C, adprachendit Q; apprehendit ATVWX^c Y *vg. Tisch.*, appraehendit FKMT. **eum**: illum E. **et** (*om.* R) **ait illi** *codd. et vg.*: dicens ƎP*O. modice FLOWZ*. duuitasti L.

et ait illi modicae fidei quare dubitasti?
32 (152. 6) Et cum ascendissent in nauiculam cessauit uentus
33 qui autem in nauicula erant uenerunt et adorauerunt eum dicentes uere filius dei es.
34 (153. 2) Et cum transfretassent uenerunt in terram gennesar
35 et cum cognouissent eum uiri loci illius miserunt in uniuersam regionem illam
et optulerunt ei omnes male habentes
36 et rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent
et quicumque tetigerunt salui facti sunt.

XV. (154. 6) Tunc accesserunt ad eum ab hierosolymis scribae et pharisaei dicentes
2 quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum?
non enim lauant manus suas cum panem manducant
3 ipse autem respondens ait illis
quare et uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram?
4 nam deus dixit honora patrem tuum et matrem
et qui male dixerit patri uel matri morte moriatur
5 uos autem dicitis quicumque dixerit patri uel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit

---

hendit eum et ait illi. modicae fidei. quare dubitasti. [32] et cum ascendisset in nauem
cessauit uentus. [33] qui autem in nauicula erant uenerunt et adorauerunt eum dicentes. uere
dei filius es. [34] et cum transfretassent uenerunt in terram genesaret. [35] et cum cognouissent
eum uiri loci illius. miserunt in uniuersam regionem illam. et obtulerunt ei omnes male
habentes. [36] et rogabant eum ut tantum uel fimbriam uestimenti eius tangerent et quicumque
tetigerunt salui facti sunt. XV. [1] Tunc accesserunt ad iesum scribae et pharisaei ab
hierosolymis dicentes. [2] quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. non enim
labant manus cum panem manducant. [3] ipse autem respondens ait illis. quare et uos transgredimini mandatum dei. propter traditionem uestram. [4] deus enim praecepit dicens honora
patrem tuum et matrem tuam. et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur.
[5] uos autem dicitis quicumque dixerit patri uel matri munus quodcumque est ex me

---

32. **cum ascendissent** (quum Θ, hasc. C) = *ἀναβάντων uel ἐμβάντων, codd. pl. et* ϛ𝔇ℭ: cum ascendisset EΘRX*𝔖 *Tisch.* *om.* in EPO. nauicula EM. caessauit C.

33. erat L. uenierunt D. adorarunt L, hadorauerunt C. *Post* adorau. *deficiunt tria folia in* D *usque ad uerba* quod dictum est xxi. 4. **filius dei** (*cum* D *graeco et uett. plur., et Hieron. comm.*) *codd. fere omnes et vg.*: > dei filius QW *cum graecis etc.* **es** + tu QR *cum* D *graeco. Post* **autem** *def.* E *usque ad* **ait illi** xv. 28.

34. transfretasset O*Z*. terra MTZ*. **gennesar** ACHMOXY: genesar EPFΘJKMTTVW *vg.*, genessar Z, genezar LQ, genessareth R.

35. quum Θ. *om.* eum EP*(+ *mg.*)H*(+ eu *sic sup. lin.*). uori L*. **illius**: + adorauerunt eum et R; + uenerunt et adorauerunt eum et EPmgQ, *cf.* adorabant (-rauerunt *ff*1) eum et *a b c ff*1. 2 *Hil.* misserunt R. huniuersam C; omnem EP*(uniu. *mg.*). obtulerunt EPLZ* *vg.*, hobtulerunt C, obtullerunt R. *om.* **omnes** MT. malehabentes *uno uerbo* Θ; m. abentes C.

36. *om.* **et** *sec.* Q. quicunque ϛ𝔇. titigerant R*, tetigerant MTRsaxZc, tetigerint Z*. salbi C.

XV. 1. **hierosolymis** AΘJMMTOQTVXY: hyerosolymis H, hierusolymis K, hierusolimis EPLR, ierosolimis W, ierosolymis Z *vg.*, iherosolymis C. scribe W. pharisei W, farissaei R, farissei L, farisei CEP.

2. **traditionem** (*τὴν παράδοσιν*) *codd.* 𝔇ℭ: traditiones KMTVWZϛ𝔖 *cum g*1 *q Hieron. comm.* saeniorum C. labant CO*X. > manus suas lauant Q. quum CΘ. **panem**: pam L. manducent V* (*corr.* V1) = *ἐσθίωσιν cum graecis fere omnibus.*

3. transgrediemini EPLQR. mandata Z* (*corr.* Z2).

4. **patrem tuum** (*τὸν πατέρα*) AEPmgHΘKMTOQRTcXcYZc: *om.* tuum CEP*FJLMT*VWX*Z* *vg.* **matrem**: + tuam EPmgKcQR. *om.* **et** (*ante* qui) L. **male dixerit** *codd. pl.*: maledixerit A (*cod. non Tisch.*)ΘJWY *vg. Tisch.* morietur EP1JRX*.

5. **uos autem dicitis** uel patri uel matri suae quicumque dixerit Q. quicunque 𝔇. **matri**:

6 et non honorificabit patrem suum aut matrem
et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram
7 hypocritae bene prophetauit de uobis esaias dicens
8 populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me
9 sine causa autem colunt me docentes doctrinas mandata hominum.
10 Et conuocatis ad se turbis dixit eis audite et intellegite
11 non quod intrat in os coinquinat hominem
sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.
12 (155. 10) Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei
scis quia pharisaei audito uerbo scandalizati sunt?
13 at ille respondens ait
omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis eradicabitur.
14 (156. 5) Sinite illos caeci sunt duces caecorum
caecus autem si caeco ducatum praestet ambo in foueam cadunt.
15 (157. 6) Respondens autem petrus dixit ei edissere nobis parabolam istam

---

tibi proderit. 6 et non honorificat patrem suum. aut matrem suam. et inritum fecistis man-
datum dei propter traditionem uestram. 7 ypocritae. bene prophetauit de uobis esaias
dicens. 8 adpropinquat se mihi populus hic ore suo et labiis suis me honorat cor autem
eorum longe est a me. 9 sine causa autem me colunt. docentes doctrinas. et mandata
hominum. 10 et conuocans ad se turbam. dixit eis. audite et intellegite. 11 non quod intrat
in os coinquinat hominem. sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. 12 tunc
accedentes discipuli eius. dixerunt ei. scis quia pharisaei audito uerbo hoc. scandalizati
sunt. 13 at ille respondens ait. omnis plantatio. quam non plantauit pater meus caelestis.
eradicabitur. 14 sinite illos. caeci sunt duces caecorum. caecus autem si caeco ducatum
praestet ambo in foueam cadunt. 15 respondens autem petrus dixit ei edissere nobis para-

---

+ suae EP^{mg} (*cf.* Q). monus L*R*, manus Y. quodcunque ϛℌ. *om.* est J. > ex me est Q.

u. 6. *inc.* **et non honorificabit** *edd. Henteniana* (ℌ) *Steph.* 1555 *quem secuti sumus, et aliae multae*: *inc.* **et irritum fecistis** *Steph. Gr.* 1576, *edd. Elzeuirianae, Lachm. Tisch. etc.*: *uid. Tisch. prol. in N. T.* (*Gregory*) *uol.* iii. *par.* I, *pag.* 174.

6. **non honorificabit** (*οὐ μὴ τιμήσει*) ΘJMM̄TVX^{c} *vg.*: non honorificauit ACEPFHKLOQRWX*YZ. **aut**: uel Q; et R. **matrem** *sine additamento* AEP*FHMO*QWY *cum b ff$_2$ g$_1$ et graecis* T^{c} *minusc.*: + suam CEP^{mg}ΘJKLM̄O^{c}RTVXZ *vg. Tisch. c f ff$_1$ q δ aur., et gr. plur.* **et** *sec. om.* J. inritum CEPJLRZ*. *om.* **dei** L.

7. hypochritae C, hipochritae EP^{1}L, hipocritae EP*, hyppochritae R, yppocrite T, hypocrite W. profetauit EPLR. isaias KMM̄TVWZℌ𝔖ℭ, essaias R, issaias EPL, hesayas C.

8. labis EPLR. **honorat**: horat V. longue L.

9. *om.* **autem** M̄. > me colunt EPQRT. **doctrinas** (-naY*, doctrnas L) *sine add.* FHJO* (+ est O^{c})X*YZ* *Par. lat.* 2.262^{c}. 11955. 13171*, *codd. Erasm., ff$_2$ q Bentl., et gr.*; *cf. Es.* xxix. 13 *et Mc.* vii. 7: + et ABCEPΘKLMM̄QRTVWX^{c}Z^{c} *vg. Tisch. a b c* (*e*) *f ff$_2$ g$_1$ Cypr. Hieron. et ad Tit.* i. 14.

10. cumuocatis O*. intelligite CHΘJKOTW *vg.*, intellegete Y.

11. > in os intrat Q. ós Y, hos C; + hominum T. coinquinant R, quoinquinat C, quo inquinat ΘL. **hominem**: hominum L. hore C. **hoc** *in* hominis *mutare uoluisse uidetur* T^{c}. coinquinant R*, quoinquinat CΘL(quo in.)T, coincinat Y.

12. *om.* **ei** L. pharisei CW, farisaei R, farissei L, farisei EP. **audito** + hoc EPQRW; **uerbo** + hoc M̄TZ^{c} *vg. Hieron.*; hoc *etiam est in uett. pl.*

13. ad CO. **ille**: ipse W. celestis W. eradicanitur O*.

14. sinete EPFR. ceci *etc. semper* W. **sunt** + et ϛ𝔖ℭ, *corr. uat.* (*sed margo delet* et) *codicibus inuitis.* ducis O*. cecorum T (cec. *in rasura*). *uoluit ut udtur* > caecorum duces EP^{c}. cecus R. **si caec. duc. praestet** *om.* O* *sed* + *m. a.* prestet CLMZ*, praestat ΘR, praeset Y. hambo C. fobeam T. **cadunt**: cadent (*πεσοῦνται*) EP^{1}LQ.

15. **ei**: eis W. hedissere C, edisere EP, dissere LQ, disere R. parabulam EP^{1}LO*R. *om.* **istam** BX (*cum graecis* ℵBZ. 1 *memph. Orig.*).

16 at ille dixit adhuc et uos sine intellectu estis?
17 non intellegitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit
et in secessum emittitur?
18 quae autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem
19 de corde enim exeunt cogitationes malae
homicidia adulteria
fornicationes furta
falsa testimonia blasphemiae
20 haec sunt quae coinquinant hominem
non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.
21 Et egressus inde iesus secessit in partes tyri et sidonis
22 et ecce mulier chananaea a finibus illis egressa clamauit dicens ei
miserere mei domine fili dauid
filia mea male a daemonio uexatur
23 qui non respondit ei uerbum
et accedentes discipuli eius rogabant eum
dicentes dimitte eam quia clamat post nos.
24 (158. 5) Ipse autem respondens ait
non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israhel.
25 (159. 6) At illa uenit et adorauit eum dicens domine adiuua me
26 qui respondens ait
non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus

---

bolam istam. 16 iesus autem dixit. adhuc uos. sine intellectu estis. 17 non intellegitis quia
omne quod in os intrat in uentrem uadit. et in secessum emittitur. 18 quae autem procedunt
ex ore de corde exeunt. et illa coinquinant hominem. 19 de corde enim exeunt cogitationes
malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa testimonia. blasphemiae. 20 haec sunt
quae coinquinant hominem. non lotis autem manibus manducare. non coinquinat hominem.
21 et egressus inde iesus secessit in partes tyri et sydonis. 22 et ecce mulier chananaea a
finibus illis egressa. clamauit ad eum dicens. miserere mei domine fili dauid. filia mea
male a daemonio uexatur. 23 at ille non respondit ei uerbum. et accedentes discipuli eius.
rogabant eum dicentes. dimitte eam quia clamat post nos. 24 iesus autem respondens ait.
non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus isdrahel. 25 at illa ueniens adorauit eum
dicens domine adiuua me. 26 qui respondens ait. non est bonum accipere panem filiorum.

---

16. ad CO. **ille** + respondens BX*. athuc XY, aduc T.

17. + et *ad init.* R. intelligitis CΘJTW *vg.*, intellegistis L, intellegis R. *om.* **quia** F. ós VY, hos C. **in secessum** (εἰς ἀφεδρῶνα) *codd. pl. et vg.* (secesum Q): in secessu AMY. **emittitur** (ἐκβάλλεται) *codd. pl. et vg.*, emittetur L: mittitur O*R; recessit mittitur Q.

18. hore C. *om.* **et ea** *usque ad* **exeunt** *u.* 19 R *et interp. sax.* **et ea** (*om.* **ea** J): haec Q (*cf.* D *gr.* ἐκεῖνα) *et c ff*$_{1}$, illa *d.* quoinquinant CΘT, quo inq. L, coincinant Y. **hominem** *litt. min.* X.

19. *om.* **enim** W. cogitationis O. male CK RW. homicid^{i}a T. > furta *post* blas. Q. fals^{a} O. blasfemiae ƎPLQR, -phemie W; *item* + auaritia nequitia doli Q.

20. hae FO*Z*. *om.* **quae** W. quoinquinant CΘQR, coincinant Y. co incinant L (*sed* co *ex m.* 2). **manibus**: hominem L. co inquinat *sec.* L, quoinquinat CΘRT; coinquinant HK*QX*, coincinant Y.

21. ihesus C *plene, uid. ad* i. 1. partis O. tiri ƎPLT. sydonis ΘW.

22. **chananaea** ABKMM̄QVXYZ^{c}𝔓𝔖𝔈: chananea Θ^{c}OW, cananaea JZ*ς, cananea CFHΘ*T, cannanea ƎPR, cannania L. **illis**: illius JO*Y. hegressa C, egresa L. **dicens ei** (*cf.* ἔκραξεν αὐτῷ λέγουσα *gr. pl.*) *cum* B^{c}ƎP*HΘJKLMM̄OTVWX YZ *vg.*, *Hieron.*, *c g*$_{1}$; *et* > ad eum dicens ƎP^{mg}QR: dicens (*sine* **ei** *cum gr.* ℵBCZ *etc.*) AB*CF *Tisch. cum uett. a* (*b def.*) *d e f ff*$_{1}$ *ff*$_{2}$ *g*$_{2}$ *q.* misserere ƎPL, miserire O. **fili** BƎP^{c}ΘJKMM̄OTVWXYZ *vg.*: filii ACƎP*FHLQR. mala H. addaemonio H, adaemonio Θ, a demonio ƎPORWY, -ia L*(-io L^{c}).

23. *om.* **non** R. *om.* **et acc. disc. eius** L. *om.* **eius** T. **dicentes** + dñe B. demitte LO.

24. **respondens ait**: respondait illis R. misus LR. houes C. perierant F. **israhel** *uide ad* ii. 6.

25. ad CO; et V. *om.* **et** *post* **uenit** Z*. adorabit O^{sax}, adorabat LR. adiuba Z*.

25, 26. > qui respondens ait dñe adiuua me W.

26. **non est** + enim F *sed concordantiae causa ex Mc.* vii. 27.

27 at illa dixit etiam domine
nam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum
28 tunc respondens iesus ait illi
o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut uis
et sanata est filia illius ex illa hora.
29 (160. 6) Et cum transisset inde iesus uenit secus mare galilaeae
et ascendens in montem sedebat ibi
30 et accesserunt ad eum turbae multae
habentes secum mutos clodos caecos debiles et alios multos
et proiecerunt eos ad pedes eius et curauit eos
31 ita ut turbae mirarentur
uidentes mutos loquentes
clodos ambulantes
caecos uidentes
et magnificabant deum israhel.
32 Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit
misereor turbae
quia triduo iam perseuerant mecum
et non habent quod manducent
et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in uia
33 et dicunt ei discipuli
unde ergo nobis in deserto panes tantos
ut saturemus turbam tantam?
34 et ait illis iesus quot panes habetis?
at illi dixerunt septem et paucos pisciculos

---

et mittere canibus. 27 at illa dixit etiam domine. nam et catelli edunt de micis quae cadunt
de mensa dominorum suorum. 28 tunc respondens iesus. ait illi. o mulier magna est fides
tua. fiat tibi sicut uis. et sanata est filia eius. ex illa hora.
29 et cum transisset inde iesus uenit iterum iuxta mare galileae. et ascendens in montem.
sedebat ibi. 30 et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum. clodos. caecos. mutos.
debiles. et alios multos. et proiecerunt eos ante pedes iesu. et curauit eos. 31 ita ut turbae
mirarentur. uidentes mutos loquentes. debiles sanos. et clodos ambulantes. et caecos
uidentes. et magnificabant deum sdrahel. 32 iesus autem conuocatis discipulis suis. dixit
misereor turbae huic quia iam tres dies sunt quod perseuerant mecum et non habent quod
manducent.. et dimittere eos ieiunos nolo. ne forte deficiant in uia 33 et dixerunt ei discipuli eius unde nobis in deserto panes tantos. ut saturentur turbae tantae. 34 et ait illis iesus.

---

27. ad CO. **etiam** (eciam W): utique CR. **catelli**: catuli ℈P*(catulli ℈P¹)LQR. hedunt C. de mensas Q. **dominorum**: demoniorum R* (*corr. uoluit m. sax.*).

28. **tunc respondens ihs**: et tunc F, *cf.* *καὶ εἶπεν αὐτῇ Mc.* vii. 29. ait ei Q. *om.* o *ante* mul. JR *cum* D*gr.* 259 (*non d*). mulien L*. **sicut** + tu JL. **sanata**: sana facta R. **illius** ACFHΘLMO^mg QRY: eius B℈PJKMTO*TVWXZ *vg. Tisch.*; *om.* E.

29. quum CΘ. transiset EL. *om.* **inde** R. **uenit** + iterum QR *cum a b c f ff₂ g₁. ₂* (*non e ff₁ k q*). galileae BE℈PΘJKORV, galilee CWX, galiliae L. in monte HY. **ibi**: illic T.

30. turbe multe W. abentes C; habens L. habentesecum Z*. **mutos**: multos T*. **mutos** (+et HR) **clodos** (claudos EKMTRVWZ *Tisch.*, cludos L; *item* + et R) **caecos** (cecos TW) **debiles** *cum* ABCE℈P(F *def.*)H*KLMMTQRTVWX°YZ: >mutos caecos claudos (clodos X) debiles JX* *vg. Hieron.*; >mutos caecos debiles clodos O, >mutos surdos (+ et H) clodos caecos debiles H¹Θ. **eos** + omnes Q.

31. **ita ut** + et L. turbe W; turba T. **uidentes** + autem T. **mutos**: multos T*Y. locentes L; + et J. **clodos**: claudos EJKMTRVWZ *vg.*, cludos L. hambulantes C; + et J. cecos LW. **deum**: dominum Q. **israhel** *uide ad* ii. 6.

32. uocatis Q. miserior LR, meserecor H*; + huic R. turbe W; + huic LQ. **triduo iam**: >iam triduo E; triduum est in quo L, triduum est iam quod QR. *om.* **et** *post* **manducent** Q. demittere BRX*. *om.* **eos** E. geiunos C. difficiant E.

33. hunde C. diserto L. *om.* **panes** E. **tantos**: adtintos R; *om.* E. **ut saturemus** (saciemus W) **turbam tantam** (*ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον*) *codd. et vg.*: ut saturentur turbae tante L, ut saturarentur turbae tantae E, ut saturentur turbae multae Q, ut saturentur tante turbe R.

34. et ait illi W. >et ihs ait illis Q. *om.* **illis** ℈P. **quot**: quod CLMO. habetes O. ad O. **dixerunt** + ei H. **septem**: ·VII· ER.

35 et praecepit turbae ut discumberet super terram
36 et accipiens septem panes et pisces
et gratias agens fregit
et dedit discipulis suis
et discipuli dederunt populo
37 et comederunt omnes et saturati sunt
et quod superfuit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas
38 erant autem qui manducauerant quattuor milia hominum
extra paruulos et mulieres
39 et dimissa turba ascendit in nauiculam
et uenit in fines magedan.

XVI. (161. 4) Et accesserunt ad eum pharisaei et sadducaei temtantes
et rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis.
2 (162. 5) At ille respondens ait eis
facto uespere dicitis serenum erit
rubicundum est enim caelum
3 et mane hodie tempestas
rutilat enim triste caelum
(163. 6) faciem ergo caeli diiudicare nostis
signa autem temporum non potestis.
4 Generatio mala et adultera signum quaerit

quod panes habetis. at illi dixerunt septem et paucos pisciculos. 35 et praecepit turbis
discumbere super terram. 36 et accipiens iesus septem panes. et pisces. gratias agens. fregit
et dedit discipulis suis. disciputi autem. dederunt turbis. 37 et manducauerunt omnes. et
saturati sunt. et sustulerunt reliquias fragmentorum septem sportas plenas. 38 erant autem
qui manducauerant quattuor millia uirorum exceptis mulieribus et paruolis. 39 et dimissa
turba ascendit in nauiculam. et uenit in finibus magedan. XVI. 1 Et accedentes ad eum
pharisaei et sadducaei. temtantes rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet illis.
2 at ille respondens ait illis. facto uespere. dicitis serenum erit. rubicundum est enim
caelum. 3 et mane hodie tempestas. rutilat enim triste caelum. ypocritae faciem ergo
caeli diiudicare nostis. signa autem temporum non potestis.
4 generatio mala. et adultera. signum quaerit et signum non dabitur eis. nisi signum

35. praecipit ƎPLQR. **discumberet** ABCFH* KMOVX^{c}YZ*: discumberent EƎPH^{1}ΘJLMTQRT WX*Z^{2} *vg. Tisch.*; *graeci* ἀναπεσεῖν. supra H^{1}ΘM.

36. **accipiens** + ihs ΘLQWZ^{4}. **septem**: ·VII· EFLRW. piscis O*. **et gratias agens**: benedixit Q; gratias egit et R. *om.* **et** *post* **fregit** MT. **populo**: dederunt L *lapsu rep.*

37. commederunt E. tullerunt R. **septem**: ·VII· EFLRW.

38. **autem**: *om.* T; enim W. **qui manducauerant** A (B *def.*) CEFHLMOQ ? RXY: qui manducauerunt ƎPΘJKMTVWZ *et codd. Walkeri ut udtur, vg. Tisch., et* -berunt T. **quattuor** *codd. pl.*: quatuor ƎPL *vg.*; ·IIII· E, ·UII· *lapsu* R *ex* IIII. millia *vg.* **hominum**: uirorum (ἄνδρες) MT(uiuorum)RZ^{4}. paruolos MT, paruulis J. mulieribus J.

39. demissa O, dimisa EL, demisa R. **uenit**: uenerunt L. finis O. magidan L, mageda Y.

XVI. 1. *om.* **ad eum** L. pharisei COW, pharissei L, farisaei R, -sei ƎP. sadducei CƎPO, sadducae K, saducei LO^{c}RW, > sadd. et phar. E. **temtantes** (*ut* iv. 1) ACJQTXY: temptantes *codd. rell. et Tisch.*, tentantes *vg.* *om.* **et** J, *om.* **et rog.** T*, *om.* **et rog. eum** E; *graeci* ἐπηρώτων *uel* ἐπηρώτησαν *sine* καί *sed post participia duo.* interrogauerunt J. **ut**: ht C *lapsu.* celo W *et sic infra* 3, 4.

2. **at**: et V. responden^{s} O. **eis** *codd. pl.*: illis ER^{sax} *vg.*; *om.* R*W *cum* D *graec.* Y^{ser} *et uett. multis.* uespere O, -ae C. dicetis L. *Post* **erit** + quia rubicundus + celum R *corr. sax. in mg.*; + cras ELR *gat. corp. ox.* (*post* erat *et post ras.*); + in cras Q. ruuicundum O, rubicundus H*. > enim est J; *om.* **enim** Q. **caelum** + cum nubibus Q *et similiter a b c* ff_2 g_1 *gat.* (*non e f* ff_1 g_2 *q*). *De hac pericope Hieron. comm.* '*Hoc in plerisque codicibus non habetur,*' *et omittunt* ὀψίας *usque* οὐ δύνασθε ℵBVXΓ.

3. **mane** + dicitis Q. hodiae C, odie T; *om.* R. rutulat L. tristae O, cum triste R *ex ueteri lectione* cum tristitia *b c* (*e*) ff_1 ff_2 g_1 *q*. **caelum** + hipochritae Q, + hyppochritae R *cum graecis multis et b e f* ff_1 g_1^{*}; *ex Luc.* xii. 56. faciam L. diudicare J, iudicare LMQ(R)T^{c}X*; indicare T*. > nostis + uos iudicare R; > nostis existimare E. ^{tem}porum O; et tempora R. **potestis** *sine add.* ACEƎPFΘ* ? JLMO*QXY *cor. uat.* ('*antiqui non habent* scire'): + scire HΘ^{c}KMTO^{c}VWZ; + cognoscere RT; *graeci plerumque omittunt, ceteri uariant inter* δύνασθε δοκιμάζειν, δύν. γνῶναι, δοκιμάζετε, συνίετε; *quippe uariantium copia in hoc loco omissionem pericopae magnopere confirmat.*

4. > signum et adultera R. querit HLW. dauitur LO. ione W; + prophetae (prof. LQR, -ete E)

et signum non dabitur ei nisi signum ionae
et relictis illis abiit.
5 Et cum uenissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere.
6 (164. 2) Qui dixit illis
intuemini et cauete a fermento pharisaeorum et sadducaeorum
7 (165. 6) at illi cogitabant inter se dicentes.
Quia panes non accepimus
8 sciens autem iesus dixit
quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes non habetis?
9 nondum intellegitis neque recordamini quinque panum
quinque †milium† hominum
et quot cophinos sumsistis?
10 neque septem panum
quattuor †milium† hominum
et quot sportas sumsistis?
11 quare non intellegitis quia non de pane dixi uobis
cauete a fermento pharisaeorum et sadducaeorum?
12 tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum a fermento panum
sed a doctrina pharisaeorum et sadducaeorum.

---

ionae prophetae. et relictis illis abiit.
5 et cum uenissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere.
6 iesus autem dixit illis. uidete et cauete uos a fermento pharisaeorum et sadducaeorum.
7 illi autem cogitabant intra se dicentes. quia panes non accepimus.
8 sciens autem iesus dixit. quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes non accepistis.
9 nondum intellegitis neque recordamini quinque panes in quinque milia hominum et quod cophinos sustulistis.
10 neque septem panes in quattuor milia hominum. et quod sportas sumsistis.
11 quomodo ergo non intellegitis quia non de panibus dixi uobis. cauete a fermento pharisaeorum et sadducaeorum.
12 tunc intellexerunt quia non dixit. cauendum a fermento panis sed a doctrina pharisaeorum et sadducaeorum.

EKLQR *vg. cum graecis plurimis et uett.* habiit CE, abit L.

5. quum CΘ. tran M̄T*. hobliti C, obli X. **accipere** (λαβεῖν) *codd. pl.* (accepere O) *et vg.*: tollere H^{mg}ΘM, *cf.* tollere secum ff_1, emere *e*, sumere *q*, inponere *k*.

6. **intuemini** (ὁρᾶτε) *codd. et vg. et* intuimini O: adtendite uobis (uos R) QR g_1; *uariant ueteres* adtendite (att.) uobis a fermento *a b c* ff_2, uidete et cauete uos a ferm. *f* ff_1 (*om.* uos), uidete cauete a ferm. *e*, uidete et atendite a ferm. *q*. phariseorum CW *et* 11, 12, fariseorum ƎPL, farissaeorum R. **et sadducaeorum** (sadduce. CƎPX, saducae. RY, saduce. LW, sadduccae. E, sabducae. J; *et sic infra* 11, 12, *sed ibi* sadd. J): *om* X*(+ *litt. min.* X^c) *a cum graecis* U 115. 235. $y^{scr\ sem}$ *Chrys. Ambros. Ambrosiast.*

7. ad CO. intra se ELRTW𝕮 *cod. caraf.* accipimus ƎPHLQR.

8. ihesus C *plene*; + cogitationes eorum L (eorum *bis*) QR *corp. oxon.* g_2, *cf. cor. uat. mg. et* quibus cogitantibus dixit *a b* g_1 ff_2 *Lucif.* **dixit**: + eis H^1ΘKM̄TO^{c}V (ei H*); *et* ait + illis E. intra uos R *cod. caraf.* 𝕮. modice HLOW. abetis C.

9. nondum + enim LR *corp. ox.* intelligitis CΘJK^{c}OTW *vg.*, intellegetis E. **recordamini**: meministis R. **quinque** (·v· EW) **panum** (panium EƎP^1): de q. panibus LQR. **q. †milium†** *uel* v·M̄· *cf.* R *ad* xiv. 21 (τῶν πενταкισχιλίων) *conicimus ex Hieronymo* q. panum et q. millium h. . . . septem p. quattuor millium h. *cf.* quinq'milium ł -bus δ, et q. milium *a*, illorum q. m. *e*: quinque (·v· R) milia ACH*MO*RXYZ* g_1; et q. (·v· W) milia WZ^{c}ϛ (millia) ff_2 *q*; et q. milibus LQ *b d* (*om.* et); in q. milia BƎPH^{1}ΘJKM̄TO^{c}TV *c* ff_2 *Tisch.*, in q. millia 𝕳𝕾𝕮; in v E. *om.* et R. **quot**: quod COT; quae E. cofinos M, coffinos EƎPLR. **sumsistis** AƎP*HTXYZ^c: sump. BCEƎP^{1}ΘJKLMM̄TORWZ* *vg. Tisch.* *om.* **et quot** *usque ad* **+ milium + hominum** *u.* 10 V.

10. *Uersum om.* R; + *corr. sax.* et de VII panes IIII milia hominum 7 q^{o}t sporte accipistis. **neque** + in E. **septem**: ·VII· LW. **panium** EƎP^1; panes LQR^{mg}. **q. †milium†** (τῶν τετρακισχιλίων) *Hieron.*, q. milium ł -bus δ: q. milia ACHMYZ* *e*; q. milibus *d*; et quatt. (quat. ƎPL) milia ƎPLOQTWXZ^{c}ϛ (millia) *a b* ff_2 g_1 *q*; in q. m. B? ΘJKM̄T *Tisch.* *c* ff_1, in quat. (quatt. 𝕾) millia 𝕳𝕾𝕮; in IIII E. quod CLOVX*. sumsistis AƎP* HLXYZ: sump. BCEƎP^{1}ΘJKMM̄TOTVW *vg. Tisch.*

11. intelligitis CEΘJKTW *vg.*; intellegistis R. de panibus R. dixit H*R. cauetae E; + uos R. **pharis. et sadd.** *uide u.* 6 (saduc. ƎP*, sadd. ƎP^1).

12. *Uersus litt. minoribus* X. **quia**: quod R. **non** + de panibus Q. dixit E. cauendo X;

13 (166. 1) Uenit autem iesus in partes
caesareae philippi
et interrogabat discipulos suos dicens
quem dicunt homines esse filium
hominis?
14 at illi dixerunt alii iohannem baptistam
alii autem heliam
alii uero hieremiam
aut unum ex prophetis
15 dicit illis uos autem quem me esse
dicitis?
16 respondens simon petrus dixit tu es
christus filius dei uiui.
17 (167. 10) Respondens autem iesus dixit
beatus es simon bar iona
quia caro et sanguis non reuelauit tibi
sed pater meus qui in caelis est
18 et ego dico tibi quia tu es petrus
et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam
et portae inferi non praeualebunt aduersum eam
19 et tibi dabo claues regni caelorum
et quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum in caelis
et quodcumque solueris super terram
erit solutum in caelis.
20 (168. 2) Tunc praecepit discipulis suis ut
nemini dicerent quia ipse esset iesus
christus.
21 Exinde coepit iesus ostendere disci-

13 cum uenisset autem iesus in partes caesareae philippi. interrogabit discipulos suos
dicens. quem me dicunt homines esse filium hominis. 14 at illi dixerunt. quidam iohannem
baptistam alii autem eliam. alii uero hieremiam aut unum ex prophetis. 15 dicit eis iesus.
uos autem quem me dicitis esse. 16 respondens autem simon petrus dixit tu es christus filius
dei uiui. 17 et respondens iesus dixit ei. beatus es simon bariona quia caro et sanguis non
rebelauit tibi. sed pater meus qui in caelis est. 18 et ego tibi dico. quia tu es Petrus. et
super hanc petram. aedificabo ecclesiam meam. et portae inferni non praeualebunt
aduersus eam. 19 et tibi dabo claues regni caelorum. et quaecumque ligaueris super terram.
erunt ligata et in caelis. et quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis.
20 tunc praecepit discipulis suis. ut nemini dicerent quia ipse esset iesus christus. 21 exinde

cauete LQR. panium EP[1]L, pauium R. adoctrina Θ, ad doctrina EH, de doctrina Q. farisseor. R, fariseor. EP, parisseor. L*. sadduce. EPX *etc.*, *uid. u.* 6. *ad finem* + adtendere sibi L(-dire)QR.

13. *om.* **autem** E. *om.* **in partes** M. caessareae E, cessariae EP(-reae)R, cessare L, cesaree W. pilippi R, pilipi L. **quem** + me BE*JLORTZ* *cum graecis plurimis et uett.*; *sed cf. Hieron. in comm.* '*Non dixit* quem me dicunt esse homines *sed* filium hominis.' > homines dicunt E. > esse homines EP. esse, f. *sic distinguit* ς.

14. ad CO. *om.* **alii** EL *cum* D *gr.* *a b e* ff_1 ff_2* g_1. **iohannem** *cum* BEPΘJKMTRWXZς𝔐, ioannem 𝔖ℭ: -nen ACHOTVY, -am L. babtistam R, babtissam L. **alii** (*deinde rasura* E) **autem heliam** (eliam T *vg.*): > alii heliam autem X*; alii autem heremiam LR*(hier. R[**]). *Deinde* **hieremiam** (iher. C, hyer. H, ier. W *vg.*): heliam LR. prophaetis E, profe. EPLOR.

15. **illis**: illi Q; + ihs BEP[mg]ΘLO[c]RWXZ* *vg. cum* C *gr. al. pauc.* *b c f* ff_2 $g_{1.2}$ *q* (*non a e* ff_1). > dicitis esse CLT.

16. **respondens** + autem QRT. symon CW. uibi T.

17. **dixit** *sine add.* AEP*FHΘO*XY *cum graecis fere omnibus*: + ei BCEP[mg]JKLMMTO[c]QTVWZ *vg. Hieron. Tisch.*; + illi R. symon C. **bariona** FLRY, cf. Βαριωνᾶ *Tisch.*, bar-iona *vg.* **et** *int. lin.* E. sangis L, saguis O*. reuelabit RT; + te E* *sed expunctum*. celis W.

18. *om.* **et** W. > tibi dico J *ut graecum exprimeret* σοι λέγω. **quia**: qui R; *om.* L. *om.* **et** *sec.* FY. edif. W. eclesiam CT, aecclesiam E, aeclesiam EPLZ*, aeclessiam R. porte EW. inferni BEPHΘKLMTQRX*Z *corp. ox.*, *cum a f.* praeualebant MT. **aduersum** ACHΘJMOTYZ[c]: aduersus BEPFKLMTQRVWX*Z* *vg.*

19. clabes T. celorum W *et infra*. *om.* **et quodcumque ligaueris** *usque ad prim.* **caelis** F. quaecumque JQ. **ligaueris** *in ras.* T; adligaueris J; solueris (*in ras.*) K[1]. erunt ligata JQR; + et EP[mg]H[1]ΘQRW *vg.* quaecumque *sec. loco* JLQ, quaecunque R. superram O. erunt soluta JLQR; + et EΘO[c]QRW *vg.*

20. praecipit EPLOQ, precipit R. **esset**: est EP*TV *cum graecis omnibus*. **ihs xps** *codd. plur. et vg. et Hieron. diserte cum graecis plurimis* Ἰησοῦς ὁ Χριστός *et d f* g_2 *l q*: xps (ὁ Χριστός ℵBLXΓΔΠ *etc. et a b e* $ff_{1.2}$ g_1) O*R, *et* ihs *in ras. scr.* EP.

21. cepit LW *et* 22. **ihs** *tantum codd. latt.*

pulis suis quia oporteret eum ire hierosolymam
et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum
et occidi et tertia die resurgere.
22 (169. 6) Et assumens eum petrus coepit increpare illum dicens
absit a te domine non erit tibi hoc
23 qui conuersus dixit petro uade post me satana
scandalum es mihi quia non sapis ea quae dei sunt sed ea quae hominum.
24 (170. 2) Tunc iesus dixit discipulis suis
si quis uult post me uenire
abneget semet ipsum
et tollat crucem suam et sequatur me
25 qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam
qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam
26 quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur
animae uero suae detrimentum patiatur?
aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?
27 (171. 10) Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis
et tunc reddet unicuique secundum opus eius.
28 (172. 2) Amen dico uobis sunt quidam de hic stantibus

---

coepit iesus ostendere discipulis suis. quia oportet illum ire in hierosolymis et multa pati a
senioribus. et scribis. et principibus sacerdotum. et occidi et tertia die resurgere.
22 et
adsumens eum petrus coepit increpare ei. dicens propitius esto tibi domine et non
erit tibi hoc.
23 ad ille conuersus dixit petro. uade post me satana scandalum mihi es quia
non sapis quae dei sunt. sed quae hominum.
24 tunc iesus dixit discipulis suis. si quis
uult post me uenire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.
25 qui
enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam. qui autem perdiderit animam suam
propter me inueniet eam.
26 quid enim proderit homini. si totum mundum lucretur. animae
autem suae detrimentum patiatur. aut quam dabit homo commutationem animae suae.
27 futurum est enim ut filius hominis ueniat in gloria patris sui cum angelis suis et tunc
reddet unicuique secundum opera eius.
28 amen dico uobis quia sunt quidam de hic adstantibus qui non gustabunt mortem.

---

omnes quos cognoui, sed Ἰησοῦς Χριστὸς ℵ*B* *cop.* hostendere C, ostendire L; ostenderet Z*; *om.* T*. **oporteret** (hop. C): oportet EFΘ*RTVX*Z* *ut graecum* δεῖ *exprimat cum a b c d e f* (*non* ff_1) ff_2 $g_{1\cdot 2}$ *q*. *om.* eum K*. **ire** + in ELQRT *cum graeco* εἰς. hierusolimam EƎPR, -ymam Z⁴, hyerosolimam H, hyeru. Q, hiru. L, ierosolymam (ihero. C) W *vg.*: hierosolymis Z*, hierusolymis K. saen. C. **et** + a J, *deinde* > princ. sac. et scribis J *cum graecis fere omnibus* καὶ ἀρχ. καὶ γραμμ. *et hoc ordine d e* ff_1 *q*; *solus* Δ *ex graecis uidetur cum latinis facere.* hoccidi C. tertiae L*, -ie L°.

22. **assumens** BFKMMTWXZ² *vg.*: ads. ACEƎPHΘJLOQRTVYZ* *Tisch.* **illum**: eum L; *om.* E *cum a b c* ff_2^* g_1. **dicens**: et dicere ELR *corp. ox. cum* D *gr.* 238 *a b c d* ff_2 g_1. abssit B. tiui O*.

23. **qui**: quia L. **post me**: retro me MTVZ⁴, *S. ioh. et corp. oxon.*; retro post me *a b*, retro *Hieron. comm.* **satana** ACH*JMMTO*TVX°YZ *vg.*: satanas BEƎPFH¹ΘKLQRW(sath.)X* *corp. ox.*, satanan O°. michi W. sapis (*om.* **ea**) EJ. > sunt dei Q. **sed ea quae** + sunt HQ.

24. > dixit ih̄s HR. abnegat LR. **semetipsum** *uno ductu* JWY *vg.*, semed ipsum C; seipsum ER, se ipsum sibi LQ *corp. ox.* tollet L. sequar R.

25. salbam C. facire L. perdat R. **qui autem** *sec.*: et qui R. perdide R. **me** *int. lin.* O. **eam**: illam EL.

26. **enim**: autem Q. prodeest JO°Z*. **mundum** huniuersum C, > uniu. mund. BƎPKMTQVX*Z, > totum mundum R. anime . . sue W. detrinentum L. dauit LT. commotationem ƎPL; commercium R.

27. **filius enim**: nam filius LR, filius autem EO, fil. quidem C, filius *tantum* M. hangelis C. *om.* **et** R. tu^nc E. redet L, reddit H. hunicuique C, unicu^i que E. **secundum**: iuxta R. **opus** (τὴν πρᾶξιν *gr. plurimi*) ABC(hopus)ƎP(F *def.*)HKMMTOVXYZ *Hieron. cor. uat.*: opera (τὰ ἔργα ℵ*F 1. 22. 28 *etc.*) EΘJLQRTW *vg. cum uett. aliquot.* **eius**: suum ƎP, sua R.

28. de his L, de hiis Q. adstantibus LQT. **qui**: quia L. gustabant L.

qui non gustabunt mortem
donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.
XVII. Et post dies sex assumsit iesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius
et ducit illos in montem excelsum seorsum
2 et transfiguratus est ante eos
et resplenduit facies eius sicut sol
uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix
3 et ecce apparuit illis moses et helias cum eo loquentes
4 respondens autem petrus dixit ad iesum
domine bonum est nos hic esse
si uis faciamus hic tria tabernacula
tibi unum et mosi unum et heliae unum
5 adhuc eo loquente ecce nubis lucida obumbrauit eos
et ecce uox de nube dicens
hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene complacui
ipsum audite
6 et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam
et timuerunt ualde
7 et accessit iesus et tetigit eos
dixitque eis surgite et nolite timere
8 leuantes autem oculos suos neminem uiderunt nisi solum iesum

---

donec uideant filium hominis uenientem in regno syo. XVII. 1 Et post dies sex
adsumsit iesus petrum. et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem
excelsum seorsum. 2 et transfigurauit se in conspectu eorum. et resplenduit facies eius
sicut sol. uestimenta autem eius. facta sunt alba sicut nix. 3 et ecce apparuerunt
eis moyses et helias. cum eo loquentes. 4 respondens autem petrus dixit ad iesum
domine. bonum est nos hic esse. si uis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et
moysi unum et heliae unum. 5 adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit
eos. et ecce uox de nube dicens hic est filius meus dilectus in quo mihi bene con-
placuit. ipsum audite. 6 et audientes discipuli caeciderunt in faciem suam et timuerunt
ualde. 7 et accessit iesus et tetigit eos dicens surgite et nolite timere. 8 leuantes autem

---

XVII. 1. **et** + factum est ELQR *cum* D^{gr} ἐγένετο *et uett. pl.* (*non f q*). **sex**: ·VI· W. **assumsit** BFHMX, adsumsit ALOQRTYZ², adsumpsit ƎP ΘJOZ*, assumpsit EKMTW𝔖 (*omnes contra auct. graecam* παραλαμβάνει): adsumit C *Tisch.*, assumit V𝔓ℭ *et cor. uat.* (*sed marg.* assumpsit); assumens *Hieron. Perfectum uidetur ex Luc.* ix. 28 *fluxisse, legitur enim in ueteribus a b c e f ff₁.₂ g₁ q etc., etiam* suscepit *d.* ioannem 𝔖ℭ. **ducit**: duxit QR^{c}(dixit R*)𝔖 *cf. cor. uat.* '*in ecclesia* assumpsit . . . duxit.' **illos**: eos E; illis MT. sehorsum C.

2. *Deficit* B *usque ad finem uersus* 13. **transfiguratus**: praefiguratus W. hante C. resplendeuit R, resplendidit Q. **sunt**: sun MT. **alba**: *om.* R* (+ R^{mar}); candida $ƎP^{mg}$. **sicut nix**: uelut nix E.

3. *om.* ecce R. aparuit L; apparuerunt JKMT W *vg.* **illis**: eis KMORVX*Z. **moses** ACFM XYZ: moyses EHΘJKLMTORVW *vg.*, moises ƎP, molses T. helyas W, heleas L, elias T *vg.* cum illo R.

4. ihesum C. *om.* dñe M *cum* ꞩ *scriv. et syr. cu.* **nos**: nobis ƎPHΘLO^{c}QR. hiic E. **faciamus**: faciam ƎP*MO*Y *cum graecis* ℵBC* *et b ff₁*. *om.* **hic** *sec.* JRZ*(+ Z⁴) *cum* 252* *gr. et ff₁ g₁*. trea K LMTR*V. tauernacula O. > unum tibi Q. *om.* **et** *prim.* HΘTWX*. **mosi** AFMXYZ: moysi CEHΘJKLMTORVW *vg.*, moisi ƎP, molsi T. helie CW, elie T, eliae *vg.*

5. + et *ad init.* J. athuc X^{c}Y, aduc T. **loquente** + et Θ. **nubis** AƎP*FHMOQTXY nubes ΘJKMTVWZ *vg.*, nubs $CEƎP^{mg}$LR. hobumbrauit C, obumbrabit T; inumbrauit L *a b e ff₂ n*. *om.* ecce *sec.* R* (+ R^{mar}). uos Z* (uox Z¹). *om.* **est** Z* (*corr.* Z²). *om.* **bene** L. **complacui** (*cf.* ἐν ᾧ εὐδόκησα *uel* ηὐδόκησα) *cum* W *Hieron. vg., a b c ff₁* (*de orthographia cf. Luc.* xii. 32 *et infra* complacuit), *et* conplacui EƎPJKLMTO^{c}QR VZ *corr. uat. d ff₂ g₁° δ, cf.* sensi *e*; *confer* iii. 17, *ubi codd. fere omnes personam primam habent*: complacuit ACFHΘMXY *et* conpl. O*T *f g₁* q*, placuit *m cf. Luc.* iii. 22 in te complacuit mihi.

6. **et** + ecce LQ. caecider. C, cicider. LR*. faciam LR.

7. **eos**: illos X. **dixitque**: et dixit Q. surgete O. *om.* **et** *tert.* CJKMTTVX* (+ X^{c}).

8. hoculos C. uederunt L.

9 et descendentibus illis de monte praecepit iesus dicens
nemini dixeritis uisionem
donec filius hominis a mortuis resurgat.
10 (173. 6) Et interrogauerunt eum discipuli dicentes
quid ergo scribae dicunt quod heliam oporteat primum uenire?
11 at ille respondens ait eis
helias quidem uenturus est
et restituet omnia
12 dico autem uobis quia helias iam uenit
et non cognouerunt eum
sed fecerunt in eo quaecumque uoluerunt
sic et filius hominis passurus est ab eis
13 tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis.
14 (174. 2) Et cum uenisset ad turbam
accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum 15 dicens
domine miserere filio meo
quia lunaticus est et male patitur
nam saepe cadit in ignem
et crebro in aquam
16 et optuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum.
17 Respondens iesus ait o generatio incredula et peruersa
quo usque ero uobiscum?

---

oculos suos neminem uiderunt nisi solum iesum. 9 et descendentibus illis de monte prae-
cepit eis iesus dicens nemini dixeritis hanc uisionem. donec filius hominis a mortuis
resurgat. 10 et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes quid ergo scribae dicunt quod
heliam oportet primum uenire. 11 iesus autem respondens ait illis. helias quidem ueniet
primum et restituet omnia. 12 dico autem uobis. quia helias. iam uenit. et non cognoue-
runt eum. sed fecerunt ei. quaecumque uoluerunt. sic et filius hominis passurus est ab
eis. 13 tunc intellexerunt discipuli. quia de iohanne baptista dixisset eis.
14 et cum uenisset ad turbam. accessit ad eum homo genibus prouolutus. 15 et dicens.
domine. miserere filio meo quia lunaticus est. et male patitur. frequenter enim cadit in
33 et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt. quae uobis retributio est. nam et peccatores haec faciunt.
34 et si mutuum dederitis his. a quibus speratis recipere quae uobis retributio est nam et peccatores. peccatoribus fenerantur ut recipiant aequalia.
35 uerumtamen. diligite inimicos uestros. et benefacite et mutuum date. nihil desperantes. et erit merces uestra multa. et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est super ingratos et malos
36 estote ergo misericordes. sicut et pater uester misericors est.
37 nolite iudicare. ne iudicemini. nolite

---

32. dilegitis ℈P, dilegatis D, diligatis ℈F. dilegunt *bis* D℈P. **gratia**: mercis *r*, retributio *f*. **diligentes**: diligenter T.

33. **et si . . . benefaciunt** *om. e*. *om.* **et** *ad init.* D. hiis Y. fatiunt G. > bene uobis faciunt F. **qui uobis . . . dederitis his** (*u.* 34) *om.* D. **siquidem**: nam W. **hoc** (*τουτο* D): haec C[1]GT (hec) *b c f q et gr. min.* 130 *ταῦτα*; *gr. plur.* *τὸ αὐτό*, id ipsud *e*, hoc ipsud *r*.

34. mutum MY, motuum ℈P. **mut. ded.**: feneraueritis *e*, feneratis *a c d*. hiis W. **recipere**: accipere GY δ. **faenerantur** AHMY, foenerantur CJV *vg.*, fen. ℈F℈P*ΘIKMOTWXZ: faenerant F, fenerant D℈P[mg]GQ, *cum a b d e l q r*. huti C. **ut rec. . . . mutuum date** (*u.* 35) *om.* O*(+O[1]).

35. uerunt. ꞇ, uerumpt. CW; *om.* **tamen** D. dilegite D; amate *q*. *om.* **et** *pr.* W *vg.* benefacete ℈P*. motuum D℈P. **date**: + et K (*sed exp.*); + his qui non habent *r*. **nihil**: ni *in ras.* K; nichil W. **inde sperantes** AIMTO[c]V[c]WY (inte) *vg. c ff₂*[c], *et* sperantes D℈P* δ *Ambr. in Tobiam* xvi. 54: desperantes ℈FC℈P[mg]FHJKMQT V*XZ *a b d e f ff₂* l q r aur.*, disp. GΘO*; *Hae lectiones idem uerbum ἀπελπίζοντες diuerse reddunt; prima cum uersione anglicana* A.D. 1611 *congruit* 'hoping for nothing again,' *secunda cum reuisione* A.D. 1881 'never despairing'; *prior autem Hieronymiana*? *magis uidetur quasi ueteris lectionis emendatio et quae etiam Chrysostomo* (vii. 199 A *παρ' ὧν μὴ προσδοκᾶτε λήψεσθαι*, *cf.* 575 A *παρ' ὧν οὐ προσδοκᾶτε λαβεῖν*), *Ambrosio* (*uide supr.*), *et Hieronymo ipsi* (*in Ezec. c.* 18 a quibus non speratis recipere) *placuerit*; *ἀπελπίζω plerumque* = *uel* spem abicio (*cf. Polyb.* 2. 54. 7 *ἀπ. τὴν σωτηρίαν etc.*, *Diod.* 14. 8 *ἀπ. τὰ τῆς δυναστείας*, 2 *Macc.* ix. 18 *τὰ κατ' αὐτὸν ἀπ.*), *uel* in desperationem adduco (*cf. Ecclesiasticum* xxvii. 21 *ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια ἀπήλπισεν*, denudare autem amici mysteria desperatio est animae infelicis *vg.*); *sed ut ἀπεσθίειν pro ἐσθίειν ἀπό, et ἀπολαβεῖν pro λαβεῖν ἀπό, ita ἀπελπίζειν pro ἐλπίζειν ἀπὸ credibile est Lucam scripsisse*; *de uersione Syriaca etc. uide Field Otium. Noru.* III. *p.* 40; *uersiones orientales rell. habent* non sperantes quod retribuetur *Aeth.*, et quempiam desperabundum ne faciatis *Pers.*, ne fraudetis spem ullius *Arab.* mercis OY. uestrū K* -trā K[c]. **multa**: + in caelis Q *c r aur. et. gr.* ℵ[a]A; + in caelo *a l Ambr. Tob.* fili F. **altissimi**: excelsi *a*. *om.* **ipse** D. **benignus**: suauis *a d* δ (s. uel b.). **malos**: nequas *a e*, iniquos *d*.

36. hestote C, Hstote D. misser. *bis* D, misericordis *pr.* C. *om.* **et** D℈P*(+*mg.*).

37. **et** (ut D℈P[mg]Q *d*) **non iudicabimini** (-cabemini ℈P, -cemini D; iudicaberis Q): et de uobis non iudicabitur G *b ff₂ l q r*, ut non de u. iud. *aur.*, ne iudicetur de uobis *c e*. condempn. *bis* HΘW; contemp. D. **et** *sec.*: ut ℈P *d*. con-

iudicabimini
nolite condemnare
et non condemnabimini
dimittite et dimittemini
38 date et dabitur uobis
mensuram bonam confertam et coagitatam
et supereffluentem
dabunt in sinum uestrum
eadem quippe mensura
qua mensi fueritis
remetietur uobis.
39 (57. 5) Dicebat autem illis
et similitudinem
numquid potest caecus
caecum ducere?
nonne ambo in foueam cadent?
40 (58. 3) Non est discipulus
super magistrum
perfectus autem omnis
erit sicut magister eius.
41 (59. 5) Quid autem uides festucam
in oculo fratris tui
trabem autem quae in oculo tuo est
non consideras?
42 et quomodo potes dicere
fratri tuo
frater sine eiciam festucam
de oculo tuo
ipse in oculo tuo trabem
non uidens?
hypocrita eice primum

---

condemnare et non condemnabimini. dimititte et dimittemini. 38 date et dauitur uobis mensuram bonam comulatam et coagitatam. et super effundentem dabunt in sinum uestrum eadem enim mensura qua mensi fueritis remetietur uobis.

39 dicebat autem illis et similitudinem. numquid potest caecus caecum ducere. nonne ambo in foueam cadent. 40 non est discipulus super magistrum perfectus autem omnis erit. si sit sicut magister eius. 41 quid autem uides festucam in oculo fratris tui. trabem autem in tuo oculo non consideras. 42 aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam quae est in oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non uidens ypocrita.

---

demnabemini 𝔓, contempnemini D. demittite V. **dimittemini** (ἀπολυθήσεσθε) 𝔉CD𝔓 (dimite.) H (demite.)ΘMTQTWX² *vg. a b d f ff₂ q δ, et* dimittimini A¹FG(dimett.)IMY: dimittetur uobis JKO(-itur)V(dem.)X*Z *c e*(-itur)*r aur. om.* **dimittite et dimitt.** A*(+ *mg.*).

38. dauitur O. **bonam** + et OW *vg.* **confertam** A𝔉𝔓FHΘJOVWXY *vg. gat.* (confestam): confersam CGIKMTZ *b l q*, conuersam DMTQ; *deinde om.* **et** G. cogitatam O*(a *superscr.* O¹), quoag. C, cong. H*(*corr.* H¹), coog. Ϛ; conmotam G *b* (*e*) *l q.* superfluentem FGP *a. Uariant uett. rell.* conmodatam confersam supereffundentem *ff₂*, commota superfundens *e*, cumulatam superfundentem *c r* (supereffluentem), agitatam cumulatam superfl. *a*, cumulatam et coagitatam et supereffundentem *f*, conquassatam inpletam supereffundentem *d*; *gr.* πεπιεσμένον σεσαλευμένον ὑπερεκχυνόμενον. **quippe**: uero CIMT; enim G. mesura C, mensuram G. **qua**: quam P; quia Y. remec. W, rementientur Y, remietur D.

39. **autem**: enim P. **et** + hanc T^rec. **simil.**: parabolam *a c.* nunquid P𝔔. **caecus** (cec. *bis* W): caecum H*(*sed corr.*). > caecus potest D. **ducere** + in uiam *r.* fobeam CTZ*. **cadent** (πεσοῦνται ℵAC *etc.*) *codd. plur. et* incident *a d* (ἐμπεσοῦνται BDL *etc.*): cadunt JKMMTVXZ *vg. c e l.*

40. *om.* **omnis** D. **erit** *sine addit.* AB*𝔉CD (*om.* erit)𝔓IJMO*QTX°Y *Harl.* 2788. 2826 *et corp. ox. d e* (erits) *δ Iren.* 331 *Mass.* (*sed* + si sit *cod. Arund.*) *cum graeco* ὡς (*non* ὡσεί): + si sit B¹GHΘKMTO^mg PVWX*Z *gat. vg. a c f l q r aur.*, ut sit *b ff₂*.

41. **quid**: qui Q*. fistucam D𝔓GX; stipulam *e.* hoculo *pr.* C. fratres Y. **tui** + tu 𝔓. trauem O. > autem trabem 𝔓. *om.* **quae** *et* **est** D *d e f δ.* > est in oc. tuo B *c.* consyderas Ϛ; uides *c e*, inspicis *d.*

42. **et** *ad init.*: aut *vg. Tisch. cum edd. ant. plur. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534; *om.* D. potest G, poteris MT, poteres W. **sine** + ēt W. ieciam D, eiiciam *vg. Tisch.* fistucam *pr.* D𝔓; *om.* J. hoculo *semper* C. trauem O. **uidens** (βλέπων) *cum* A𝔓G¹HIJMTQXY𝔔𝔖ℭ *f ff₂° δ°*: uides B(uides hypocrita *sic diuisum*)𝔉CDG*ΘKMOTVWZϚ *r δ**; *uett. rell.* et ecce in oculo tuo trabes subiacet *a b c ff₂* l q aur.*, et ecce in oc. tuo (> tuo oc. *d*) trab. est *d e.* hippocr. 𝔓, hypo-

trabem de oculo tuo
et tunc perspicies ut educas
festucam de oculo fratris tui.
43 (60. 5) Non est enim arbor bona
quae facit fructus malos
neque arbor mala faciens
fructum bonum
44 unaquaeque enim arbor
de fructu suo cognoscitur.
(61. 5) Neque enim de spinis
colligunt ficus
neque de rubo uindemiant uuam.
45 (62. 5) Bonus homo de bono
thesauro cordis sui
profert bonum
et malus homo de malo
profert malum
ex abundantia enim cordis
os loquitur.
46 (63. 3) Quid autem uocatis me
domine domine et non facitis
quae dico?
47 (64. 5) Omnis qui uenit ad me
et audit sermones meos
et facit eos
ostendam uobis cui similis sit
48 similis est homini
aedificanti domum
qui fodit in altum et posuit
fundamenta supra petram
inundatione autem facta
inlisum est flumen domui illi et non
potuit eam mouere
fundata enim erat supra petram

---

eice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies eicere festucam de oculo fratris tui.
43 non est enim arbor bona quae facit fructus malos neque arbor mala faciens fructus bonos.
44 unaquaeque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. non enim de spinis colligunt ficus
neque de rubo uindemiant uuam. 45 bonus enim homo de bono thensauro cordis sui profert
bonum et malus homo de malo thensauro cordis sui profert malum. ex abundantia enim
cordis. os eius loquitur. 46 quid autem uocatis me domine domine. et non facitis. quae dico.
47 omnis qui uenit ad me. et audit uerba mea et facit ea. ostendam uobis cui similis
est. 48 similis est homini aedificanti domum qui fodiit in altum. et posuit fundamentum
supra petram. inundatione autem facta inlisum est flumen domui illi. et non potuit eam

---

chrita CDI, ypocrita Z, hipocr. W, ipocr. T. iece D, eiice *vg. Tisch.* **perspicies** (διαβλέψεις) BƎF CG(tuo . . . **perspicies** *in ras.*)HΘIJ(-iens)KMT OQVWXZ *vg. a f ff₂ l aur.* (perspicis), *et* prespicies T : respicies ADƎPMPY *b q δ*; uidebis *c d e.* **ut educas**: eiecere *gat.* fistucam *sec.* DƎP *gat.*

43. *om.* **est** T. > bona fructus malos que (*erasum*) facit T. fructos GHOY. **neque**: nec D; + iterum G *q.* **faciens** *etc.*: quae facit fructus bonos G, *Philastr.*

44. unaqueque DW. *om.* **enim** QT. **de**: ex G. cognuscitur G. collegunt DƎP; legunt *q*, leguntur *e.* ficos ƎPGO. *om.* **de** *tert.* MT. uindimiunt D. huuam C.

45. **bonus** + enim DG *a b c f l r aur.* thensauro CG^c^JOP, tesauro T, tess. D. proferet *bis* G *b* (*sec.*) *d e.* **bonum** (τὸ ἀγαθόν): bona ƎFƎP^mg FGJZ*(-um Z²) *c e.* *om.* et Q. **malus**: malos K*(*corr.* K¹); nequa *a.* **de malo** *sine addit.* ACFGJTX²Y *a d ff₂ l et gr.* ℵBDL *etc.*: + thesauro BƎFD(tess.)ƎPHΘIKO(then.)P(then.)QV(& malo d V* *sed corr.*)WX*Z *vg. b aur.*, + thesauro cordis sui MMT *c e f q r δ et gr.* ACXΓΔ *etc.* **malum** (τὸ πονηρόν): mala DƎP^mg FGP *b q.* habundantia CDƎPMTY, -cia W, abundatia P, abundantiam O*(m *eras.*); *confuse legit e* de abundantia cordis loquitur malum. hos C; + eius BCT *b c d f ff₂ l q*, + illius *a*, *cum gr. plur.*

46. **autem**: enim ƎFKMTVZ. **domine** *semel* J. **dico** + uobis DQ *gat.*

47. exaudiuit D. sermonis G. **et** *sec.*: *sequitur ras. in* T. *om.* **et facit eos** P. hostendam C; demonstrabo *a.* **sit** AƎFƎP*GHΘMPQW *vg. a e r δ*: est BCDIJKMTOTVXYZ *b c d f ff₂ l q aur.*; erit ƎP^mg.

48. edificanti W *et* 49. **domum** + suam DZ* (*om. cor.*) *gat.* **fodit in altum**: f. et exaltauit *e*, f. et fundauit *δ.* possuit ƎP; + in altum D*(*sed exp.*). **fundamenta** *codd. plur.*: fundamentum ΘP *vg. Tisch. cum graeco.* super *pr.* ƎP*WZℌ𝔖ℭ. inundation^e^ O, inhundatione C; tempestate *a.* **facta**: horta *a.* **inund. . . . petr.** *om.* W. illisum est *vg.*; inlissit D, allisit *b d q*, impulit *a*, impegit *e*, irruit *c.* **potuit**: ualuit *a c.* **eam**: illam P. mobere T; > commouere eam G, concutere eam *c.* **fundata . . . petram** *in mg.* M.

49 qui autem audiuit et non fecit
similis est homini
aedificanti domum suam
supra terram sine fundamento
in quam inlisus est fluuius
et continuo cecidit
et facta est ruina domus illius magna.
VII. 1 (65. 3) Cum autem implesset omnia
uerba sua in aures plebis
intrauit capharnaum
2 centurionis autem cuiusdam seruus
male habens
erat moriturus qui illi erat pretiosus
3 et cum audisset de iesu misit
ad eum seniores iudaeorum
rogans eum ut ueniret
et saluaret seruum eius
4 at illi cum uenissent ad iesum
rogabant eum sollicite
dicentes ei
quia dignus est ut hoc illi praestes
5 diligit enim gentem nostram
et synagogam ipse aedificauit nobis
6 iesus autem ibat cum illis

---

mouere fundata enim erat supra petram. 49 qui autem audiuit et non fecit. similis est homini
aedificanti domum suam supra terram sine fundamento in quam inlisus est fluuius. et
continuo cecidit et facta est ruina domus illius magna. VII. 1 Cum autem implesset
omnia uerba sua in auribus plebis. intrauit capharnaum. 2 centurionis autem cuiusdam
seruus male habens. erat moriturus. qui erat illi praetiosus. 3 qui cum audisset de iesu
misit ad eum seniores iudaeorum rogans eum ut ueniret et saluaret seruum eius 4 at illi
uenientes ad iesum rogabant eum sollicite dicentes ei quia dignus est ut hoc illi praestes
5 diligit enim gentem nostram. et synagogam ipse aedificauit nobis. 6 iesus autem ibat cum
illis. et cum iam non longe esset a domo. misit ad eum centurio amicos dicens ei. domine

---

fundamenta enim erant *cor. uat. mg. Par. lat.* 262, 13171. **supera** *sec.* X; super ƎP*Z𝔓𝔖ℭ.

49. **qui**: quia Z*(a *exp.*). **audiuit . . . fecit** (*ἀκούσας . . . ποιήσας*) ABCƎP^mg H*JKMOPQVYZ *d f*: audit . . . facit DG(audet)H¹ΘIMTTWX *vg. a b c e ff₂ l q r δ aur.*; audit . . . fecit ƎP*. *om.* **est** *pr.* T. **sua** O. **super** DT𝔓𝔖ℭ. **terram**: petram DH*(*corr. mg.*)Y; arenam T *gat. b e, ex Mt.* vii. 26. fundamentum G. **in quam** (in qua AƐFHΘOXY *et gr.* ῇ) **inlisus** (ill. MTVW *vg.*, inlissus D) **est fluuius** (fluius ƎP, fluuio W): adlisit flumen domui illi G *b d ff₂ l q*, inlisit flumen *etc. r aur.*, impegit fl. *c*, inpulit fl. *a*, impegit fluuius *e*, erupit fluuius *δ*; *deinde om.* **et** MTV. **cecidit**: concidit BCDKMTQTWZ *cor. uat. b d e l q.* domui G. **illius**: *om.* D*(+ *mg.*); eius *gat.*; illa T. > eius domus *gat.*

VII. 1. + et factum est *ad init. uers.* G *b d ff₂ l q aur.*, factum est autem *a c cum graeco* D *και εγενετο.* quum HΘ(*non* C). *om.* **autem** *gat.* inplesset CDƎP; perfecisset *c e*, consummasset *d*; + iesus *c.* **sua**: *om.* O*(+ *cor.*)T *a b c ff₂* l r*; haec *gat. q*, hec W. auribus ƐFDP *a c f q aur.* pleuis CO; populi *a c.* **uerba s. in aur. pl.**: uerba loquens *d cum* D^gr, u. quae loquebatur ad populum *e.* **intrauit** (introiuit *c e*, uenit *d*) + in BDƎPIJKOXZ *Bentl. a cum gr.* εἰσῆλθεν (ηλθεν D) *εἰς.* caparnaum V, capharnauum ƎP*(u *pr. exp.*).

2. centorionis DƎP, centhur. C. **seruus**: puer *d.* abens C. **erat mor.**: incipiebat mori *a d*, proximus morti erat *c.* preciosus W, praet. ƐFCƎP GJO, pretiossus D; carus *a e*, honoratus *d* (*τιμειος* D, *ἔντιμος rell.*).

3. **et cum** (quum HΘ) **aud.**: audiens autem *a*, et aud. *d.* missit D. *om.* **ad eum** *a b c d ff₂ l q aur.* saeniores C; maiores natu *e.* iudeorum DƎPW. **saluaret** *codd. plur.* 𝔗𝔓ℭ: sanaret GH KMTV𝔖 *gat. cor. uat.* a c r*; liberaret *e ff₂ l.*

4. ad O. ille D*(*corr. mg.*). **cum** (quum HΘ qu/// T) **uenissent ad iesum rogabant eum** (*om.* T): uenientes ad i. rog. eum G *b f δ* (*om.* rog.); cum aduenissent rog. ies. *a* (uenissent) *c e*, uenerunt et rog. ies. *ff₂ l r* (eum), aduenientes rogabant eum *d.* solicite D *vg.*, festinanter *d*, instanter *e.* **ei** *om.* G *c d e ff₂ q.* **est ut**: estat G. **illi**: ei ƎP*(*corr. mg.*) *c q.* prestes BƐFDMOZ* (*corr.* Z¹).

5. dilegit DƎP. sinagogam ƎPTW. hedif. C, ed. W, edificabit T.

6. **ibat**: abiit *b q.* > ibat (abiit *e*) autem (ergo *c*, itaque *e*) cum illis (eis *d*) iesus *c d e ff₂ l r cum gr.* D *επορευετο δε μετ αυτων ο ιη̄σ.* quum HΘ. *om.* **iam** J. longue D. essent ΘO; abessent *a.* **domo**: o *pr. in ras.* O; domu DV. missit DƎP. **eum**: illum G *a b e ff₂ l q r.* centorio D; + rogans *gat.* hamicos C. uexare G *r*; + te *a et* > te uex. *b c d e f ff₂ l q r*; + magister *gat.*

et cum iam non longe esset a domo
misit ad eum centurio amicos dicens
domine noli uexari
non enim dignus sum ut sub
tectum meum intres
7 propter quod et me ipsum
non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te
sed dic uerbo et sanabitur
puer meus
8 nam et ego homo sum sub
potestate constitutus
habens sub me milites
et dico huic uade et uadit
et alio ueni et uenit
et seruo meo fac hoc et facit
9 quo audito iesus miratus est
et conuersus sequentibus se turbis
dixit
amen dico uobis nec in israhel
tantam fidem inueni.
10 (66. 5) Et reuersi qui missi fuerant
domum
inuenerunt seruum qui languerat
sanum.
11 (67. 10) Et factum est deinceps
ibat in ciuitatem quae uocatur naim
et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa
12 cum autem adpropinquaret portae ciuitatis
et ecce defunctus efferebatur
filius unicus matri suae
et haec uidua erat

---

noli te uexare. quia non sum dignus ut sub tectum meum intres. 7 propter quod nec me
ipsum dignus arbitratus sum ad te uenire. sed dic uerbo et sanabitur puer meus 8 nam et
ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. et dico huic uade. et uadit.
et alio ueni. et uenit et seruo meo fac hoc et facit. 9 his auditis iesus miseratus est. et
conuersus sequentibus se turbis dixit. amen dico uobis nec in isdrahel tantam fidem inueni.
10 et reuersi qui missi fuerant domum inuenerunt seruum qui languebat sanum. 11 et factum
est in sequenti die ibat in ciuitatem quae uocatur naim. et ibant cum illo discipuli eius et
turba copiosa. 12 ut autem adpropinquauit portae ciuitatis et ecce defunctus efferrebatur

---

dignus sum (ἱκανός εἰμι ℵB) *codd. et b* ff_2 *l q r aur.*: > sum dignus *vg. edd. ant. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534, *a* (non sum enim dignus) *c d e f* δ *et gr. rell.* εἰμι ἱκανός. tecto meo *b* ff_2 *l.*

7. **propter quod . . . ad te** *om. gat. cum a b c d e* ff_2* *l r et* D^{gr} *min. om.* et *pr.* B. **sum** (solum Z* *sed corr.*) **dignum arbitratus**: sum dignus arbitratus DMZ*$^{et\ 3}$; > dignus (dignum G^o) arbitratus sum G *f*; sum dignus arbitrari T; dignum me iudicaui *q.* uerbum G *l et gr.* T *min.* λόγον. sanauitur O, sabitur X*, salbabitur *d*, curabitur *c e.*

8. **sub** (b *sup. lin. m. rec.* O) **potestate constitutus**: potestati subiectus *a.* **huic**: uni *r.* alii *vg., et ed. Iunta* 1534, *d e* (ali) *q.* **meo** + dico D *gat. c l r.*

9. **quo audito**: audiens autem haec G *b d q* δ; cum audisset autem ista *e*, his auditis *a f*, aud. igitur sermonibus his *c.* iesu Y. sequenti se turbae *a e*, sequenti populo *d*; *om.* **turbis** *b.* amen amen X *r.* **nec** *etc.*: in nullo (numquam *d*) tantam fidem inueni in isr. G *a b c d* ff_2 *l q r* (talem) *aur.*, non inu. t. fid. in isr. *e.* srahel C hisrael D, israel *vg. def.* B *ad u.* 21.

10. misi ℈P. **domum** *om.* G *q.* inuenierunt D. **seruum**: puerum *c.* **qui languerat** (ἀσθενοῦντα *gr. pl.*): qui languebat ꝐFQX *gat. f*; aegrum *d*; *om* G *a b c e* ff_2 *l q r aur. et gr.* ℵBL 1. 157. 209. **sanum**: saluum *c e.*

11. factus W. inceps Y; sequenti die *c e f* (in s. d.), alia die *d.* **ibat** + iesus H^{1}WϚ𝔖 *cor. uat.** *a r aur. et gr.* C^{3}UXΛ *etc.* que D. **uocatur**: dicitur *d*, appellatur *a.* naym C, nauim Q; capharnaum *e l**. ibunt G; comitabantur *a c e.* **illo**: eo *vg. edd. ant.* (*exc. Froben* 1502) *c d.* **eius** + multi *b c q cum* ACEGH *etc. Tisch. T. G.* 8 (*sed om.* ἱκανοι ℵBDFLΞ *W.H.*). copiossa D; magna *c e*, multa *d.*

12. **cum** (quum HΘ) **autem**: factum est autem cum *a d* (ut) *e*, et f. est cum *b l* (ut), et f. est dum *q*, et f. est quomodo *c*; *cum gr.* D εγενετο δε ως. **adpropinquaret** (ἤγγισεν *gr.*, ηγγιζεν D) *cum* CD℈PGΘIJMMTV *et* appr. AFHQTW *vg. Tisch.*, apr. Y, *cum uett. a b e f*, *cf.* adpropiaret *d* ff_2 *l q*, adpropiasset *r*, appropinquauit *c*: adpropinquarent ꝐFOX*Z, appr. KX^o. porte W. **et ecce** (καὶ ἰδού)

et turba ciuitatis multa cum illa
13 quam cum uidisset dominus
misericordia motus super ea
dixit illi noli flere
14 et accessit et tetigit loculum
hi autem qui portabant steterunt et
ait
adulescens tibi dico surge
15 et resedit qui erat mortuus et coepit
loqui
et dedit illum matri suae
16 accepit autem omnes timor
et magnificabant deum dicentes
quia propheta magnus
surrexit in nobis
et quia deus uisitauit plebem suam.
17 (68. 10) Et exiit hic sermo in uniuersam
iudaeam de eo
et omnem circa regionem.
18 (69. 5) Et nuntiauerunt iohanni
discipuli eius de omnibus his.
19 Et conuocauit duos de discipulis suis

---

filius unicus matri suae. et haec erat uidua. et turba ciuitatis multa cum illa. 13 quam cum
uidisset iesus misericordia motus super ea. dixit illi. noli flere 14 et accessit et tetigit
loculum hi autem qui portabant. steterunt. et ait iesus. adulescens tibi dico surge. 15 et
resedit protinus qui erat mortuus et coepit loqui. et reddidit illum matri suae. 16 adprehendit
autem omnes timor. et magnificabant deum dicentes. quia propheta magnus surrexit in
nobis. et quia uisitauit deus plebem suam. 17 et exiit hic sermo in uniuersam iudaeam de
eo. et in omnem regionem.
18 et nuntiauerunt iohanni discipuli eius de his omnibus 19 et conuocauit duos de discipulis

---

A*ƎPFGH*I*MOQXY *a b c d* (*om.* eooe) *e f ff₂ l q r δ aur.*: *om.* **et** A^c𝔅CDH^1ΘI^cJKMTTVWZ *vg. cum gr. min.* I. 440. deffunctus D; mortuus *a* (*d*) *e r*; *om. c.* aefferebatur C. hunicus C. **matri** (τῇ μητρί) A(*male Tisch.* matris)𝔅CƎPHI JO *c f δ Bentl.*, -s *enim facile ex sequenti uerbo addi poterat*: matris DFGΘKMMTQTVWXYZ *vg. Tisch. et a b e ff₂ l q r δ aur.* sue CW. hec W. > erat uidua Q *a f.* **turba**: populus *d.* *om.* **ciuitatis** *sec. b e ff₂ l.* cum eo D; consequebatur illam *e.*

13. **quam cum** (quum HΘ) **uid.**: et uisam eam *a*, et cum uidisset illam *c*, cum uid. autem illam *e*, uidens autem *d*; *gr. plur.* καὶ ἰδών *sed* ιδων δε D. **dominus**: iesus DƎP^mg(ihus)J *d q gat. cum* D^gr; dominus iesus *cor. uat. mg. cum go. syr. hr. et aeth.* misericordiam motus Q; misertus est . . . et (*ante* dixit) G *a b d q*, commotus est . . . et *e*; *graeci* ἐσπλαγχνίσθη . . . καί. **super ea** *cum* A𝔅CDƎP*ΘIKMXY *f*: super eam ƎP^mgFGHJMT OQTVWZ *vg. Tisch. b c e q r δ aur.* (illam); ei *a*; *om. ff₂ l.*

14. **et** *sec. om.* O. **loculum**: + funeris *e*; sartofagum *d.* hii 𝔅CDƎPGIOTWZ*. *om.* **autem** D. **ait**: + iesus G *c f l r*; + illi Z*(*sed corr.*); + adoliscenti D, *cf.* adolescenti tibi dico *etc. gat.* **adulescens** *codd. plur.* (-iscens G): adolescens ƎP^1JQW *vg. Tisch.*, adoliscens DKOV; iuuenis *d e*; adol. *bis repet. a ff₂.*

15. consedit *a*, surrexit et sedit *c*; + protinus *f.* **qui erat** *codd. plur. vg. et b c f ff₂ l q r aur.*: qui fuerat AHΘY; *om. a d e δ.* **et** *sec.* + mox X. cepit JWY. *confuse legit e* coepit loqui ad matrem suam inuasit autem *etc.* **dedit**: reddidit *c.* **illum**: eum T. sue W; eius *b q.*

16. + hoc uiso *ad init. c.* accipit ƎPQ, accidit Θ; cepit J; adprehendit *a f*, inuasit *c e.* omnis MT. **timor** + magnus *q.* magnificauerunt D, honorificabant *a c d*, clarificabant *e.* **quia**: quod G. profeta DƎPO. **in nobis**: in israhel *l.* uissitauit D, uisitabit G. > uisitauit deus CT *Bentl. cum gr.* ἐπεσκέψατο ὁ θεός *et uett. a b c* (dominus) *f q r.* **plebem**: populum *a c.* **suam** + in bono GO^c *a b ff₂ l q r aur.*, *et* in bonum J *c e*, *cum gr.* MXΛ *min.* εἰς ἀγαθόν.

17. *om.* **et** *ad init.* J. **exiit**: iit *in ras.* T. **sermo**: uerbum *a d.* huniuersam C, uniuersa J; totam *c d e* (tota). iudeam CDƎPMTOW; iudaea J. **de eo** *om.* G(*sed uide infr.*)Y *ff₂ l.* **et** *sec.* + in G *vg. a f q r δ aur.* **omnem circa** (*om. f r*) **regionem**: + de illo G *q*, + de eo *b c*; *uariant uett.*, omni finitima regione *a*, omni confinio regionis illius *b*, omni regioni confini *c*, omn. conf. reg. *ff₂ l**, omnem confinem regionem *l^c q*; *post* iudea *sic pergunt d e*; ea dō in quibus adnuntiauerunt ad iohannen baptistam qui etiam conuocatis quibusdam de discentibus suis dixit euntes inquirite dicentes tu es *etc. e*, de illo et in omni regione et in quibus usque ad iohanen baptistam qui et aduocans duos ciscipulorum suorum dixit euntes dicite ei tu es *etc. d*, *et* D^gr.

18. nunciauerunt W𝔖. ioann. 𝔖ℭ *semper.* *om.* **de omn. his** *a.* hiis W.

19. *om.* **et** *ad init.* D. conuocatis H *cf.* conuocatis duobus quibusdam ex d. *a*, *et supra e.* duo X*, ·II· D. *om.* **de** X^2. iohannis ƎP^1. *om.*

iohannes et misit ad dominum dicens
tu es qui uenturus es
an alium expectamus?
20 cum autem uenissent
ad eum uiri dixerunt
iohannes baptista misit
nos ad te dicens
tu es qui uenturus es
an alium expectamus?
21 in ipsa autem hora curauit multos a languoribus
et plagis et spiritibus malis
et caecis multis donauit uisum
22 et respondens dixit illis
euntes nuntiate iohanni
quae uidistis et audistis
quia caeci uident
claudi ambulant
leprosi mundantur
surdi audiunt
mortui resurgunt
pauperes euangelizantur
23 et beatus est quicumque
non fuerit scandalizatus in me
24 et cum discessissent
nuntii iohannis
coepit dicere de iohanne
ad turbas
quid existis in desertum
uidere harundinem
uento moueri?
25 sed quid existis uidere?

---

suis iohannes. et misit ad iesum dicens. tu es qui uenturus es. an alium expectamus.
20 cum autem uenissent ad eum uiri dixerunt. iohannes baptista misit nos ad te dicens. tu
es qui uenturus es. an alium expectamus. 21 eadem autem hora curauit multos a languoribus
et plagis. et spiritibus malis. et caecis multis donauit uisum. 22 et respondens iesus dixit
illis. euntes nuntiate iohanni quae uidistis. et audistis. quia caeci uident. clodi ambulant.
leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. 23 et beatus
est quicunque non fuerit scandalizatus in me. 24 cum autem discessi essent nuncii iohannis
coepit dicere iesus de iohanne ad turbas. quid existis in desertum uidere harundinem a
uento moueri. 25 sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis indutum ecce qui in

---

et *sec.* ƎPW. missit DƎP; + eos OX^{2}. **dominum** *codd. plur. a ff$_{2}$ et gr.* BLRΞ *min.*: iesum IJKM ꟽOVWX *Par. lat.* 13171 *vg. b c f l q r δ aur. et gr.* ℵAXΓΔ *etc.*; dominum iesum H^{1}Θ *syr. hr.* **uenturus es**: uenis *e et u.* 20. han C *et* 20. exspectamus ƎPKZ^{2}; speramus *c et u.* 20; exsp. *ad* iohan. *u.* 20 *in ras. scr. est* K.

20. *om. totum uersum* G *l.* **cum** (quum HΘ) **autem uenissent** (ueniiss. D) **ad eum uiri** (*παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες*): aduenientes autem ad eum uiri *b ff$_{2}$ q*, et adu. uiri ad eum *d*, et uenerunt uiri ad eum et *a r*, *et* D^{gr}. iohannis OY. babtista CDT. missit DƎP. *om.* **ad te** D *a*. exspectamus ƎPKꟽX.

21. ora T. **curauit multos** (*ἐθεράπευσεν πολλούς*) *codd. et uett. pl.*: > multos curauit *vg. et edd. ant.* (*exc. Froben* 1502) *c e.* langor. ƎPT, longuor. G; + suis Ϛ *c.* **plagis**: uerberibus *a c*, flagellis *e cf. ad Mc.* iii. 10 *et Cypr. Ep.* xiii. 4 dorsum meum posui ad flagella (*Isa.* l. 6), *Test.* III. 57. **malis**: malignis *a*, immundis *b l*, iniquorum *d.* cecis W. uissum DƎP. caecos (+ multos *c*) faciebat uidere *c d e.*

22. **nuntiate** AꟻCFGHΘIJMQY *b f q aur.*: renuntiate BDƎPKꟽOVWXZ *vg.* (-ciate W𝔖ℭ) *a* (*et* 18) *c* (*et* 18) *e r*; dicite T *d et* D^{gr} *εἴπατε*. que DW. > audistis et uidistis *vg.* (*et edd. ant.*, *exc. Froben*) *cf. Ambr. luc.*; uiderunt oculi uestri et (+ quae *d*) audierunt aures uestrae *d e cum* D^{gr}. **quia** *om.* D *a b c ff$_{2}$ l q.* ceci W. **uident** + et QW. clodi D. hambulant C. sordi D. *om.* **surdi aud.** *b l.* **resurgunt**: resuscitantur *r.* **pauperes** (*bis scr.* G, *pr. erasum*) **euang.** (aeuangu. D): egenis bene nuntiatur *e.*

23. *om.* **est** M. quicunque Ϛ, quiquumque H; qui FJꟽ *b.* scandalizabitur *a c.*

24. *Incipit rursum* E *a Mc.* vi. 56 *mutilus.* quum HΘ. discedissisent G, discessisent ƎP. nuncii W𝔖ℭ, nunti E. caepit D, cepit JW. > de iohanne dicere *vg. ff$_{2}$.* disertum D; deserto EG *ff$_{2}$ l q*, desertom H*(-tum *cor.*). arundinem CƎPJO T^{o}W *vg. Tisch.*; + a Q. moberi T^{o}; agitatam Ϛ𝔖ℭ *edd. ant. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534; agitari *c e*, *cf. cor. uat.* 'uento moueri *sic habent ant., sed Mt.* xi. uento agitatam.' **harund. . . . uidere** (*u.* 25) *om.* T*(+ *in mg. m. rec.*). *distinguunt* in desertum uidere? harund. *etc. edd. et similiter in u.* 25.

25. *om.* **sed** P. *om.* **quid** *gat.* **uestimentis**:

hominem mollibus uestimentis indutum?
ecce qui in ueste pretiosa sunt et deliciis
in domibus regum sunt
26 sed quid existis uidere?
prophetam?
utique dico uobis
et plus quam prophetam.
27 (70. 8) Hic est de quo scriptum est
ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam qui praeparabit uiam tuam ante te.
28 (71. 5) Dico enim uobis
maior inter natos mulierum
propheta iohanne baptista
nemo est
qui autem minor est in regno
dei maior est illo.
29 (72. 10) Et omnis populus audiens
et publicani iustificauerunt deum
baptizati baptismo iohannis
30 pharisaei autem et legis periti consilium dei spreuerunt in semet ipsos
non baptizati ab eo.
31 (73. 5) Cui ergo similes dicam homines generationis huius
et cui similes sunt?
32 similes sunt pueris sedentibus in foro

---

ueste pretiosa sunt et deliciis in domibus regum sunt.
26 sed quid existis uidere prophetam.
ita dico uobis etiam plusquam propheta
27 hic est de quo scribtum est. ecce mitto angelum
meum ante faciem tuam qui praeparauit uiam tuam ante te.
28 dico enim uobis. maior inter
natos mulierum propheta iohannes baptista. nemo est. qui autem minor est. in regno dei
maior est illo.
29 et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt deum baptizati
baptismo iohannis.
30 pharisaei autem et legisperiti. consilium dei spreuerunt in semetipsos
non baptizati ab eo.
31 tunc ergo iesus dixit. cui ergo adsimilabo homines generationis
huius et cui similes sunt.
32 similes sunt. pueris. sedentib. in foro. et clamantib. ad
inuicem et dicentib. cantauimus uobis et non saltastis. lamentauimus uobis et non plorastis.

---

uestibus T; *om. c e l.* **indutum**: uestitum *c d e l.* **in ueste pretiosa** (praet. BꝐCꝐPFJ, prec. W, pretiossa D, clara *e*) **sunt** (*om. a*) **et** (+in BꝐDK MOQVWXZ *a b q r sine auct. graeca*) **deliciis** (dil. EI, dilicis ꝐPQ): + afluunt T°, + superabundant *a ff₂ cf.* in uestimentis gloriosis et aepulatione agent *d* (διάγοντες DKΠ *etc. pro* ὑπάρχοντες); mollia induuntur G, *cf.* mollibus uestiuntur *c*; *ex Mt.* xi. 8.

26. prof. *pr.* DꝐPF, prophaetam E; +et E *gat.* hutique C. **uobis**: *pergit a* nemo maior in natis mulierum amplior est iohannen baptista et amplius quam propheta. *om.* **et** DGM. **plus**: amplius E *gat. c d r* (*cf. a supr.*), abundantius *e.* prof. *sec.* ꝐPO; propheta E *gat.*, prof. D; *deinde* + quoniam nemo maior in natis mulierum profeta iohannis baptiste *d* D^gr.

27. scribtum ꝐFEGX*YZ. hang. C, angu. D. angelumeum K. **ante faciem** *partim in ras. scr.* ꝐP. prep. D, praeparauit BCFGOTZ*.

28. *Uersus ita habetur in d* D^gr (*cf. supr. u.* 26) dico autem uobis quoniam qui minor est eius in regno caelorum maior illo est. **enim**: autem EꝐP^mg GMT *c.* profeta DꝐPO; *om. a b.* iohannae H, iohannem O*(m *eras.*). babt. DT, baptis^ta E (ta *ex m. rec.*). > nemo inter natos (in natis *e*) mul. maior pr. est (*om.* pr. est *c e*) iohanne(-nes *e*) baptista G *c e.* **qui** (cui Y) **autem**: nam qui *b ff₂ l q*, et qui *a.* **minor**: minimus *a c e.* **dei**: caelorum E *gat. d ex Mt.* *om.* **est** *tert.* ꝐP. *om.* **illo** P.

29. omnes EZ. pupulus H*(u *pr. exp.*), populi E; turba *e.* *om.* **audiens** *gat.* publica^ni E¹, publicauerunt *ut udtur* E*; puplicani DꝐP. *om.* deum D. babtizati CD. babtismo DꝐP; baptismum GKZ *a b c e ff₂ l q* (βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα).

30. pharisei ꝐPW, farisa. D. **legis** doctores *a c d e r.* ˢpreuerunt Y, spraeu. ꝐPG(sp *laxe in ras.*)K, speren. H*(e *pr. exp.*); dispreuerunt *q*, contempserunt *r*, reprobauerunt *e*, abusi sunt *d.* ipsis DEꝐP¹W *gat.* babtiz. D, baptisz. E. **ab** (hab C) **eo** *om. a b c l.*

31. + ait autem dominus *ad init. vg.* (*non cod. caraf.*) *edd. ant. ut u.* 24, *inuitis codicibus*; *cf. autem* tunc ergo iesus dixit *f*, εἶπε δὲ ὁ κύριος *min. pauc.* **cui** *pr.*: cum D. **similes** (similis G) **dicam**: adsimilabo *a c f*, similabo *d e.* generationes H; gentis *a*, saeculi *e.* *om.* **et cui sim. sunt** GP *r.*

32. **sim. sunt**: *om.* CJ; adsimilabo illos *e.* **pueris**: infantibus *a d.* **et loq.** (clamantibus *c*)

et loquentibus ad inuicem
et dicentibus
cantauimus uobis tibiis
et non saltastis
lamentauimus et non plorastis
33 uenit enim iohannes baptista
neque manducans panem
neque bibens uinum
et dicitis daemonium habet
34 uenit filius hominis
manducans et bibens
et dicitis ecce homo deuorator et bibens uinum
amicus publicanorum
et peccatorum
35 et iustificata est sapientia
ab omnibus filiis suis.
36 (74. 1) Rogabat autem illum
quidam de pharisaeis
ut manducaret cum illo
et ingressus domum
pharisaei discubuit
37 et ecce mulier quae erat
in ciuitate peccatrix
ut cognouit quod accubuit
in domo pharisaei
attulit alabastrum ungenti
38 et stans retro secus pedes
eius lacrimis coepit
rigare pedes eius
et capillis capitis sui tergebat
et osculabatur pedes eius

---

33 uenit enim iohannes baptista non manducans panem neque bibens uinum et dicitis daemonium habet. 34 uenit filius hominis manducans et bibens et dicitis ecce homo deuorator et bibens uinum. amicus publicanorum et peccatorum 35 et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. 36 rogabit autem illum quidam ex pharisaeis ut manducaret cum illo. et ingressus in domum pharisaei discubuit. 37 et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit. quia discubuit in domum pharisaei. attulit alabastrum unguenti. 38 et stans retro ad pedes eius flens lacrimis coepit rigare pedes eius. et capillis capitis sui detergebat.

---

ad inu.: et adclamant ad inu. *e*, qui clamant ad alterutrum *a*. cantabimus H*(*corr.* H¹)IMTX. tybiis DE, tibis ÐP; *om.* GKMTW *a b c d f ff₂ l q r δ*. > tibiis uobis Q. *def.* B *ad u.* 42. lamentabimus T; planximus *c e*; + uobis DQ *gr. plur.* (*non autem* ℵBDLΞ) *et a b f ff₂ q r δ*. **plorastis**: planxistis *a*, lamentastis *e*.

33. **enim**: *om.* D *c*; autem ϛ𝔚, *edd. ant. exc. Froben* 1502, *Iunta* 1534. iohannis DÐPO; *om.* E. babtista D, babtizta ÐP. **mand.**: edens *d et u.* 34. *om.* **panem** M *a b c d e ff₂* l q*. uiuens O*(*sed corr.*). *om.* **uinum** *a b c d e ff₂* l q*; *om.* *ἄρτον et οἶνον* D 1. 13. 69. 129. 131. 18ᵉᵛ. demonium DÐPOW.

34. **uenit** + enim P. **deuorator** (*φάγος*): uorator EW *gat. q*, uorax *c e*, manducator *d*, potator *r*. **deuor. . . . filiis suis** (*u.* 35) *partim in ras.* K. **bibens uinum** (*οἰνοπότης*): uini potator *c d l*, uinarius *e r*. pupl. DÐP. *om.* **et pecc.** *a*.

35. **ab omn.**: *om.* D (*om.* omn. *d*); + a E. **ab omn. f. suis**: in semetipsa *r*.

36. rogobat M, rogabant C, rogauit GMT *a b c d e f ff₂ l q r*. **illum**: *om.* Z*(+Z³); eum EQ. > quidam illum T. **de**: ex EQ; *om. a b ff₂ l q r aur.* phariseis CÐPW, faris. D; pharisaeus G *a b ff₂ l q r aur.* **mand. cum illo**: cibum caperet secum *a*. **ingressus** + in DE *a d f ff₂ l q δ*. pharisei CÐPW, fariss. D. discubunt Z* (*corr.* Z³).

37. **et** *om.* Y*(+Y¹). *om.* **quae erat** D *d*. ciuiᵗᵃᵗᵉ O. > in ciu. q. er. pecc. *a b e q r*. **quod** + iesus Eϛ𝔖 *cor. uat.* r Ambr.* **accubuit** *cum* ACDEÐPᵐᵍHΘIJMPQTWYϛ *et* recubuit G *b c ff₂ l q r aur.*, discubuit *f*, recumbit *e*, *gr. κατακεῖται uel ἀνακεῖται*: accubuisset ꞴFKMTOVXZ𝔚𝔖ℭ *cor. uat.* δ*, occubuisset ÐP*; cognito eo accumbere *a*, sciens quoniam . . . recumbet *d*. domu V, domum ꞴFGPQ *q*. pharisei ÐPW, fariss. D. adtulit ꞴFCGJO. halab. C, alabrastrum G: ampulam *a*, uas *e r*. **ungenti** AHMTXYZ: unguenti ꞴFC (hung.)DEÐPGΘIJKMTOPQVW *vg. Tisch.*

38. *Uariant uett. ad init.* stans a retro pedes eius flens lacrimis inrigabat *etc. a*, stans retro secus p. eius coepit plorare et lac. rigabat *r*, stans (stetit *e*) r. ad p. eius flens (+et *e*) lac. suis lauit (lababat *e*) *c e*, stans r. ad. p. eius plorans lac. inpleuit *d*. pedis G. lacrymis J𝔖ℭ, lachr. ϛ𝔚; lacrimas G. **lac. . . . eius** *litt. min.* X. **coepit** (caepit D, cepit JW) **rigare**: rigabat G *b ff₂ l q*, *cf. supra a c e r*. **et capillis . . . pedes eius** *om.* KW *e*. capitisui V*(*superscr.* s *cor.*); suis (*om.* cap.) G *non uett.* extergebat *a*, deterg. *f*, extersit *d*, tersit *r*; + eos DT. hosculabatur T, obsc. O. **ungento**

et ungento ungebat
39 uidens autem pharisaeus
qui uocauerat eum
ait intra se dicens
hic si esset propheta sciret
utique quae et qualis
mulier quae tangit
eum quia peccatrix est
40 et respondens iesus dixit ad illum
simon habeo tibi aliquid dicere
at ille ait magister dic
41 duo debitores erant
cuidam faeneratori
unus debebat denarios
quingentos alius
quinquaginta
42 non habentibus illis
unde redderent donauit utrisque
quis ergo eum plus diliget?
43 respondens simon dixit
aestimo quia is cui plus donauit
at ille dixit ei recte iudicasti
44 et conuersus ad mulierem
dixit simoni
uides hanc mulierem?
intraui in domum tuam
aquam pedibus meis
non dedisti

---

et osculabatur pedes eius et unguento unguebat. 39 uidens autem pharisaeus qui uocauerat
eum. ait intra se dicens. hic si esset propheta sciret utique quae et qualis mulier est quae
tangit eum quia peccatrix est. 40 et respondens iesus dixit ad petrum simon habeo tibi
aliquid dicere. at ille ait. magister dic. 41 dixit autem iesus. duo debitores erant cuidam
feneratori. unus debebat denarios quingentos et alius quinquaginta. 42 non habentibus autem
illis unde redderent omne debitum utrisque donauit. quis ergo eorum plus illum diligit.
43 respondens autem simon dixit aestimo quia is. cui plus donauit. at ille dixit ei. recte
iudicasti. 44 et conuersus ad mulierem dixit simoni uides hanc mulierem. introiui in domum
tuam aquam pedibus meis non dedisti. haec autem lacrimis suis rigauit pedes meos et

---

AEP*HMXYZ^c: **unguento** BFC(hun.)DEEP^1GΘIJ KM̄OPQTVWZ* *vg. Tisch.* **ungebat** AEPHKM PQTVXYZ^c *vg.*: unguebat BFC(hun.)DEGΘIJ M̄OWZ*. > unguebat unguento DG *a b c d e ff₂ l r cum gr.* ἤλειφεν τῷ μύρῳ.

39. phares. G, phariseus EEPW, far. D. **qui** (quia Z^2) **uoc.** (uocauaerat O*, uocaberat T, roganerat G, inuitauerat *a c*) **eum** (ὁ καλέσας αὐτόν): ad (apud *e*) quem recumbebat *d e*, παρ ω κατεκειτο D. prof. DEPO, prophaeta E. scisset *gat.* hutique C, forsitan *c.* que *pr.* DTW. **quae et qualis mulier** (τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή) *cum* CDEJ *gat. corp. ox. d ff₂ l δ* (*om.* **quae et** CJ *l*); *de hac ellipsi cf. Draeger Hist. Synt.* i. *p.* 180 *et Liv. Hist.* iii. 62, 6, v. 28, 13. *Ceteri tantum et tali modo uariant ut curas emendatorum prodant*: q. et q. est mulier BFKM̄VWZ *vg. a q r aur.*, > q. et q. mulier est HΘX *cor. uat.* b c f*; q. et q. esset mulier T, > q. et q. mulier esset AEPFGIMO(isset O*)PQY *Tisch.*

40. aliquit C. **at**: ad O, et J. **ait**: dixit G *d ff₂*. **dic**: *om.* O* (+ O^c); Hič D.

41. *Ad init.* + et ait iesus W (*e*), + et respondit iesus *cor. uat. mg.*; + dixit ergo iesus *b c*, + dixit autem iesus *f*, + cui iesus dixit *r*, *cum graeco* X ὁ δὲ Ἰησ. εἶπεν; *cf. et* + ad ille dixit *d*, + et ait *ff₂*, ο δε ειπεν D^gr. **duo**: ·II· D. **cuidam**: *om.* T* (+ *m. rec.*). **faeneratori** ADFHIMQTX: foen. CJPV *vg.*; fen. BFEEPGΘKM̄OWYZ. dinarios G. quinqgentos T*(*corr.* T^1); ·X· E. **alius** ABF CEEPFGHΘIJMM̄TY *b*: et alius DKOP(*ut uidetur sed extritum*)QVWXZ *vg. a f ff₂ l q r aur.*; *gr.* ὁ δὲ ἕτερος, alius autem *c d e δ*, *uoluit* at alius *Bentl.* quinquagenta EPY, -quaginta *in ras.* G; ·L· DE(Lta)TW.

42. + et *ad init.* EP. *inc.* et cum non haberent *c e.* abentibus C; + autem G *b f q r δ*. *om.* **illis** J. hunde C. redderet H*, redderunt Q* (*corr.* H^1Q^1); soluerent *e*; + omne debitum *f.* donabit T. hutrisque C; utrique J; ambobus *e r.* **ergo**: *om.* F; + eorum T. **plus**: amplius E. > plus eum BFT. **diliget** (ἀγαπήσει) *cum* ACFG MXYZ *cod. caraf. a, cf.* amabit *r*, amauit *c*: diligit BFEHΘIJKM̄OPTVW *vg. d f ff₂ l q aur.*, amat *e*; dilegit DEPQ, dilexit *b*.

43. + et *ad init.* T. **respondens**: *om.* G; responden M. symon CDEW. **dixit** + illi T. extimo CT, est. W; arbitror *c*, suspicor *d*, puto *e*. quia his CO*T*Y; quias Z*(+ i Z^1). quia hiis cui *bis scr., pr. uice expunct.* W. **plus**: amplius *a.* **donauit**: dauit GO*(*sed corr.*); redonauit *a.*

44. + *ad init.* uides hanc mulierem intraui E *sed eras.* **ad**: et Y. symoni CDH; simon F *c.*

haec autem lacrimis
rigauit pedes meos
et capillis suis tersit
45 osculum mihi non dedisti
haec autem ex quo intrauit
non cessauit osculari
pedes meos
46 oleo caput meum non unxisti
haec autem ungento unxit
pedes meos
47 propter quod dico tibi
remittentur ei peccata multa
quoniam dilexit multum
cui autem minus dimittitur
minus diligit
48 dixit autem ad illam
remittuntur tibi peccata
49 et coeperunt qui simul
accumbebant dicere intra se
quis est hic qui etiam
peccata dimittit?
50 dixit autem ad mulierem
fides tua te saluam fecit
uade in pace.
VIII. 1 (75. 10) Et factum est deinceps
et ipse iter faciebat per ciuitatem et castellum
praedicans et euangelizans
regnum dei
et duodecim cum illo

---

capillis suis detersit.
45 osculum mihi non dedisti haec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos.
46 oleo caput meum non unxisti. haec autem unguento unxit pedes meos.
47 propter quod dico tibi. dimittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. cui autem minus dimittitur. minus diligit
48 dixit autem ad illam iesus dimissa sunt tibi peccata tua.
49 et coeperunt qui simul discumbebant dicere intra semetipsos quis est hic qui etiam peccata dimittit.
50 ipse autem dixit ad mulierem. fides tua te saluam fecit uade in pace.

VIII.
1 Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat per ciuitates et castella praedicans et euangelizans regnum dei. et duodecim discipuli cum illo.

---

om. **uid. h. mul.** *l.* uide D, uidens G. **mulierem** + plorantem *e.* **introiui** *c d e f*; *deinde om.* **in** 𝔖. *om.* **tuam** P. **pedibus meis** (*om.* 𝔓*, + *mg.*): in pedibus mihi G *ff*₂ *q.* **autem** + mulier *l.* **lacrymis** J𝔖ℭ; lachr. 𝔊𝔐; + **suis** D *b c f q.* **rigauit**: lauit *c e.* extersit J *a c d e*, detersit *f.* **meos** *def.* I *ad* ix. 48.

45. hosculum C. michi W. **intrauit** (εἰσῆλθεν L* *minusc.*) *codd. plur., cod. caraf., cor. uat.** 𝔖ℭ, *gat. a e* (introiuit) *ff*₂ δ *aur. Aug. serm.* 99 (ingressa est), *Ambr.*: intraui (εἰσῆλθον *gr. plur.*) BDWY *Mus. Brit. Reg.* 1. B. vii, *Dunelm.* A. ii. 16, *Uniu. Cant.* Kk. I. 24, *cor. uat. mg.* 𝔊𝔐 *Bentl.* *b f l q r*, introiui *c d* (-bi). cessat J; desiit *a*, intermisit *e.* hosc. C, osculare O, osculando *a c e l r.*

46. capud meum Y; pedes meos *a e ff*₂* *l.* uncxisti C(hun.)E𝔓MTOV(c *sup. lin.*)XZ. > non unx. cap. meum G *c q.* **ungento** A𝔓*FHMX YZ* et ²: unguento B𝔉C(hun.)DE𝔓¹GΘJKMTOQ TVWZ¹ *vg. Tisch.* hunxit C, uncxit EMTOZ. *om.* **pedes meos** *a c d e ff*₂* *l q.*

47. propter hoc W; qua ex causa *a.* **tibi**: uobis T *ff*₂. **remittentur** *cum* ABC𝔓FGHΘMQ TXY *d* (dim.) *e contra graecum*: remittuntur 𝔉DEJKMTOVWZ *vg. a r* δ *aur.*, dimittuntur *c f Aug.*, remissa sunt *b ff*₂ *l q Ambr.*; *cum gr.* ἀφέωνται. **ei**: *in ras.* T; illi 𝔓^mg Q; tibi *b.* **peccata** *om. d l.* **multa** *om.* G *e.* **quoniam**: quia Y *b f.* *om.* **quon. dil. multum** *e*; *om.* **quon.** *ad fin. uers. d.* cui G. **minus** *pr.*: pusillum *e*, modicum *q*, parum *r.* demitt. KV, dit . . titur H; dimittuntur GQ. **minus** *sec.*: modicum *e*, modice *q*, parum *r.* dilegit D𝔓.

48. *om.* **autem** D. **illam** + iesus DG *gat. cor. uat.** *a b f* (*ff*₂) *l q aur.* dimittuntur E; remissa sunt G *b e ff*₂ *l q r aur.*, dimissa sunt *c d f.* **peccata** + tua E𝔖 *gat. f ff*₂ *l.*

49. ceperunt W. **simul**: pariter *a* (*post* disc.) *c.* **qui simul accumbebant** (οἱ συνανακείμενοι) B𝔉D 𝔓^mg (accumbere 𝔓*)FΘKMMTOPQTVWXZ *vg.* (δ): q. s. discumbebant ACGHY *Tisch. a f* (*cf. u.* 37), q. s. decumbebant E, q. s. recumbebant J *b c d ff*₂ *q r*, conrecumbentes *e.* συνανακεῖσθαι *uarie redditur, est enim* discumbere cum *Mt.* ix. 10, simul discumbere *Mc.* ii. 15 *et Lc.* xiv. 10, 15, pariter recumbere *Mt.* xiv. 9, simul recumbere *Mc.* vi. 22 *et* 26, *et simpliciter* discumbere *Io.* xii. 2. > intra se dicere 𝔓. aetiam C. dimi//ttit G, demittit KV; rem. *a b ff*₂ *q* (-tet).

50. *om.* **fides tua te s. fecit** Z*(+Z²). **saluam** (salb. C) **fecit**: saluauit *c e.* **uade**: ambula *e.* pacem G *l r.*

VIII. 1. **deinceps** (ἐν τῷ καθεξῆς): in sequenti *c e*, *cf.* vii. 11; in continenti *d.* **iter fac.**: perambulabat *e*, circuibat *a d*, -iret *c.* **per** *sup. lin.*

2 et mulieres aliquae quae
erant curatae ab spiritibus
malignis et infirmitatibus
maria quae uocatur magdalene
de qua daemonia septem exierant
3 et iohanna uxor chuza
procuratoris herodis
et susanna et aliae multae
quae ministrabant eis
de facultatibus suis.
4 (76. 2) Cum autem turba plurima
conueniret et de ciuitatibus properarent ad eum
dixit per similitudinem.
5 Exiit qui seminat seminare
semen suum
et dum seminat
aliud cecidit secus uiam
et conculcatum est
et uolucres caeli
comederunt illud
6 et aliud cecidit super petram

---

2 et mulieres quaedam quae fuerant curatae ab spiritibus inmundis et ab infirmitatibus. maria quae uocatur magdalene ex qua daemonia septem exierant. 3 et iohanna uxor cuzae procuratoris herodis. et susanna et aliae multae. quae ministrabant eis. de facultatibus suis.
4 cum autem turba plurima conuenisset. et de ciuitatibus aduenirent multi. dixit per similitudinem
5 exiit qui seminat seminare semen suum. et dum seminat aliud cecidit secus uiam et conculcatum est. et uolucres coeli comederunt illud
6 et aliud cecidit supra petram

D; circa *d*. **ciuitatem et castellum** (*πόλιν καὶ κώμην*) *cum* ABCDE𝔓HΘJMOTXYZ *d δ*, *codd. uett. apud Erasm.*: ciuitates et castella GKMTQ VW *vg. b c e f ff₂ l q aur.*, ciuitates et uicos *a r.* predicans DW. aeuangeliszans E; aeuanguelium|zans D (um *exp.*); adnuntians *a c*, bene nuntians *e*. **dei et**: + exierunt D𝔓^{mg}; + exierunt et Q; + illi *c e*. **duodecim** (*οἱ δώδεκα*) *codd. plur.* (duodecem 𝔓^{mg}, ·XII· ETW) *et vg. et d e ff₂ l δ*: discipuli G; duodecim discipuli Q *a b c f q r aur.* (+ *ἀπόστολοι* 6. II. 243).

2. **aliquae**: quae G; quaedam *a c d f r*; *om. b ff₂ l q*. que *pr.* E; *om.* D. **erant** *sup. lin.* T; fuerant *c*; + cum illo D. curate EOW; *om.* D. hab C; **a** DEΘMQ *vg.* **malignis** (*πονηρῶν*): inmundis E *a b c d f aur.*; malis D *e*. *om.* **mal. et infirm.** *l*. imfirm. E; + et 𝔉. marie T*(e *exp.*), mariam O*(*corr.*). que *sec.* D. uocabatur 𝔓*(*corr. mg.*) *b d e aur.*; cognominatur *a*. **magdalene** (*cf. ad Mc.* xv. 47, xvi. 1): magdalenae 𝔉CE𝔓H ΘJKMTOPVZ, magdā D. **de**: ex *a c e f*; a *b ff₂ q r*. demonia D𝔓JWY. **septem**: ·UII· DE MTW; duodecim *c*. > septem daemonia *vg. et edd. ant. exc. Froben* 1502. exierunt 𝔉J.

3. **ioanna** 𝔖ℭ. huxor C. **chusa** (*Χουζᾶ non fluctuat*) ACD𝔓*JKMTQVXYZ *a d δ*, cuza 𝔉T, chusa M, chuia B: chuzae 𝔓^{mg}HΘOℨ *b c e* (*f*) *q aur.*, chuziae E, chusae P𝔥𝔖ℭ *ff₂*, chuse W, cuzi G, cydiae *l*, chuzei *r*. erodis D. sussanna D, susanne T. alie W. multe W; conplures *a*. que D; + et *c d ff₂ l q aur. cum gr.* D *al.* 5. **eis** (*αὐτοῖς* BDEFG *al. mu.*) *cum* ABC𝔓GHΘJMOQTX^{c}YZ* *c e f δ gat. Aug. Bentl. et* illis D *d ff₂ r*: ei 𝔉EKMTPV WX*Z^{c} *vg. b aur. Tert.*, illi *a l q*, *et αὐτῷ* ℵALM *etc.* **facultatibus**: substantia *d*.

4. *Uariant multum uett.* conueniente (congregato *d*) autem turba magna (populo multo *d*) et eorum (*om. d*) qui ex ciuitatibus adueniebant (ad ciuitatem iter faciebant ad eum *d*) dixit parabolam (+ talem ad eos *d*) *a d*, conuen. aut. t. multa et qui de singulis ciuitatibus exibant d. par. ad illos *c*, conu. aut. t. m. et de ciu. properant *etc. δ*. quum HΘ (*non* C). turbae *q r*. **plurima**: multa D*(*sed exp.*)T; magna *e*; *om. b ff₂ l q r*. **conueniret** (*συνελθόντος* D *minusc.*, *συνιόντος codd. pl.*, *συνόντος* ℵ* *etc.*) *codd. plur.*: conuenerit O*, conuenisset B *b f ff₂ l*, uenisset *e*; conuenirent P𝔖ℭ, conuenissent *q r*. **et**: *om.* A*(+ A^{1})Y; ut X. **properarent** (*ἐπιπορευομένων*): aduenirent *b f ff₂*, adueniebant *r*, aduenerant *e*, -rint *l*, -runt *q*; + multi *f ff₂ q*. > ad eum prop. T. *om.* **per** G *b e ff₂* l q r aur. et gr.* D 39. **similitudinem**: + ad eos DG (illos); + ad eos talem *b*, + talem ad illos *l q r aur.*, + talem *e*; *τὴν παρ. τοιαύτην πρὸς αὐτούς* D 39.

5. *Deficit* B *ad u.* 16. + ecce *ad init.* DEG *a b e ff₂ l q r aur.* exit Y. **qui seminat**: seminator *d*, seminans *e*. saem. *semper* C; saeminat *pr.* O. **semen**: *om.* Θ; agrum *l*. suam G*(*corr.*). **dum** (in quo *d*) **sem.**: in seminando *e*. aliut CG; quoddam *a*. caecidit CDO. **conculcatum est** (*om.* **est** M): conculcauerunt illut G. **et uolucres . . . illud** *om.* G. uolocris O* (uolu. O^{1}); uolatilia D. celi W; *om. a b d e ff₂ l q cum* D^{gr}. commederunt EMT; comedunt *gat.*, consumpserunt *e*. illut Z*(*corr.* Z^{2}). > illud com. *ff₂ l q*.

6. *om.* **et** *ad init.* X. aliut GZ*(*corr.* Z^{2}). caecidit CEMOY*(a *exp.*); cicidit D; *om. e*. **super** (*ἐπὶ τὴν π.*) AEGHΘMPQ *gat. a c d ff₂ l r δ aur.*

et natum aruit
quia non habebat humorem
7 et aliud cecidit inter spinas
et simul exortae spinae
suffocauerunt illud
8 et aliud cecidit in terram bonam
et ortum fecit fructum centuplum
haec dicens clamabat
qui habet aures audiendi
audiat
9 interrogabant autem eum
discipuli eius
quae esset haec parabola
10 quibus ipse dixit
uobis datum est nosse
mysterium regni dei.
(77. 1) Ceteris autem in parabolis
ut uidentes non uideant
et audientes non intellegant.
11 (78. 2) Est autem haec parabola
semen est uerbum dei
12 qui autem secus uiam sunt
qui audiunt
deinde uenit diabolus
et tollit uerbum de corde eorum
ne credentes salui fiant
13 nam qui supra petram
qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum
et hi radices non habent

---

et natum aruit. quia non habebat umorem. 7 et aliud cecidit inter spinas. et simul exortae
39. propter ea S; pr. hoc *d r* (*δ*); +enim D. **pot. cred.**: credebant *c*. **quia iterum**: etenim *d et* Dᵒʳ. > dixit (dicit W) iterum W *e ff₂*. essaias ЭP, is. DHΘKMVZℌ𝔖ℭ, ys. W, esayas T, hes. C. *Inc rursum q.*

40. excecauit EЭPOVWZ, obcaec. *a e r*; + deus ЭP. hocul. *bis* C. > eorum oculos *c δ cum ord. gr.* **et** *pr. sup. lin.* T. *om.* **oculos . . indurauit** *d et* Dᵒʳ. *om.* **indur. eorum** T. > cor eorum *vg. a b c e f ff₂ l q r Aug.* **cor** + eorum D*

ut non uideant oculis
et intellegant corde
et conuertantur et sanem eos.
41 (110. 10) Haec dixit esaias quando
uidit gloriam eius
et locutus est de eo
42 uerum tamen et ex principibus
multi crediderunt in eum
sed propter pharisaeos non
confitebantur ut de synagoga
non eicerentur
43 dilexerunt enim gloriam
hominum magis quam
gloriam dei.
44 (111. 1) Iesus autem clamauit et dixit
qui credit in me non credit
in me sed in eum qui misit me
45 et qui uidet me uidet eum
qui misit me.
46 (112. 10) Ego lux in mundum ueni
ut omnis qui credit in me
in tenebris non maneat
47 et si quis audierit uerba mea
et non custodierit
ego non iudico eum
non enim ueni ut iudicem mundum
sed ut saluificem mundum
48 qui spernit me et non accipit uerba
mea
habet qui iudicet eum

---

intellegant corde. et conuertantur. et sanem eos.
41 haec dixit esaias. quando uidit gloriam eius et locutus est de eo.
42 uerumtamen. ex principibus. multi crediderunt in eum. sed propter pharisaeos. non confitebantur. ne de synagoga eicerentur.
43 dilexerunt enim. gloriam hominum magis quam gloriam dei.
44 iesus autem clamauit et dixit. qui credit in me. non credit in me. sed in eum qui me misit.
45 et qui me uidet uidet eum qui me misit.
46 ego lux in mundum ueni. ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat.
47 et si quis audierit uerba mea. et crediderit. ego non iudico eum. non enim ueni ut iudicem mundum. sed ut saluem mundum.
48 qui spernit me. et non accipit uerba

(*sed exp.*). huti C. uiderent Z*(*corr.* Z^2). **et** *sec.* + non T^c *vg. a d e f* (*l*) *et gr.* D. intelligant • HΘJW *vg.* > corde (+ non *l*) intell. ff_2 *l q aur. cum gr.* KΠ. **et** *tert.*: ut X. sanabo *b et* ἰάσομαι ℵABD *etc.* **eos**: illos T *a c d e* ff_2 *q Aug.*

41. hec W; + autem *d r et* D^{gr}. dicit W *aur.* isaias HΘKMVZ𝔔𝔖𝔗, ys. W, iss. D, ess. 𝔈𝔓, hesayas C. **quando** (ὅτε DΓΔΛΠ *etc.*): quia *e et* ὅτι ℵABL *etc.* **gloriam**: maiestatem *b c e* ff_2 *l.* **eius**: dei sui *d et* D^{gr}; dei *gat. l* (?). loquutus HΘX. **est**: + ad eos *ut udtur* T; + iesus (*sed exp.*) D. *Hieron. ad Damas.* 517 (*ap. Sabat.*) Haec autem dixit quando uidit gloriam unigeniti, et testificatus est de eo.

42. **uerum tamen** (uerumpt. C, uerunpt. W, uerunt. 𝔖𝔔) = ὅμως μέντοι: interim tamen *b c* ff_2*, iterum tamen *l*, facile autem *d.* *om.* **et** BDEG JKRVWX* *c e f* ff_2 *l* (*non cor. uat.*). **set** W. phariseos GOW, farisaeos R, farisseos D. confet. DO, confite^{b}antur E. **de**: e *vg. et edd. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534. sinag. DΔ𝔈𝔓GMT RW. eiecer. 𝔈𝔓, eiicer. *vg. Tisch.*, iecer. D; expellerentur *q.*

43. **dilex.**: amauerunt *a e l q r.* **enim**: *seq. ras.* 3 *litt.* X. **gloriam**: claritatem *bis c*, honorem *bis q*; *om. sec.* 𝔓 ff_2. **magis**: potius *l.*

44. clamabat et dicebat *b c d* ff_2 *l q*, clamabat dicens *a e* (clamat) *r*; *gr.* ἔκραξεν κ. εἶπεν *sed* ἔκραζεν κ. ἔλεγεν D 69. 346; adhuc exclamat iesus et dicit *Tert. Prax.* 23. **non cr. in me sed**: credit et *b.* > non in me credit DER *c q Tert.* missit D *et* 45. > me misit ER *a c d e f* ff_2 *l q r*; mittentem me δ *et u.* 45.

45. *om. uersum* CJ *b.* uidit *pr.* H *aur.*, *sec.* B, *bis c q.* > me uidet E *a f* (*q*). > me misit E *uett.*

46. **ego . . . ut**: ego sum lux mundi et Z*(*corr.* Z^2). **lux**: lumen *a d e r.* **in** *pr.* + hunc D *a b c e* ff_2 *l r.* **mundum** *codd. vg. et uett.*: mundo A𝔈FΔO SXY. **ut**: et T; *om. b.* tenetebris O. manet T *b l aur.*; + sed habeat lumen uitae *l.*

47. **quis**: *pergit* non audierit uerborum meorum ego *etc. e*, non audit uerba mea ego *etc. Aug. de Trin.* I. 26. > mea uerba *Bentl.*, meorum berborum *d.* **et** *sec* + c (*sed eras.*) G. *om.* **non** *pr.* M *a b c d f* ff_2* *l** *r cum gr.* DS *al.* 15. **custodierit** (φυλάξῃ ℵABDKL *etc.*) *codd. et vg. et uett.*, seruauerit *a*: crediderit *f q* δ *et* πιστεύσῃ EFGHMS *etc.*; + ea CTZ*(*sed corr.*) *c* l^c *r*; + et *a.* iudicabo Z* (*sed corr.*) *Aug. de Trin.* **ut iudicem**: iudicare *a q.* **saluificem** *codd. plur. et vg.*: **saluum faciam** GKMTOVZ *a c l r aur. gat. Aug.*; saluem *d e f q* (ut saluetur mundus). **mundum**: **saeculum** *bis e.* *om.* **sed ut s. mundum** ff_2*.

48. spernet Z; reprobat *e.* accepit EMTZ. **qui iudicet** (t *in ras.* H) **eum**: iudicantem de se *q* δ

sermo quem locutus sum
ille iudicabit eum
in nouissimo die
49 quia ego ex me ipso non sum
locutus
sed qui misit me pater
ipse mihi mandatum dedit
quid dicam et quid loquar
50 et scio quia mandatum eius
uita aeterna est
quae ergo ego loquor sicut
dixit mihi pater sic loquor.
XIII. 1 Ante diem autem festum
paschae sciens iesus quia
uenit eius hora ut transeat
ex hoc mundo ad patrem
cum dilexisset suos
qui erant in mundo
in finem dilexit eos.
2 (113. 9) Et caena facta cum diabolus
iam misisset in corde
ut traderet eum iudas
simonis scariotis.
3 (114. 8) Sciens quia omnia dedit ei
pater in manus
(115. 10) et quia a deo exiuit et ad deum
uadit.
4 Surgit a caena et ponit

---

mea. habet qui iudicet eum. sermo quem ego locutus sum. ipse iudicauit eum in
nouissimo die. 49 quia ego. ex me ipso non sum locutus. sed qui misit me pater. ipse
mihi mandatum dedit quid dicam. et quid loquar. 50 et scio quia mandatum eius. uita
aeterna est. quae enim ego loquor. sicut dixit mihi pater sic loquor. XIII. 1 Ante
diem autem festum paschae. sciens iesus quia uenit hora eius. ut transeat ex hoc mundo
ad patrem. diligens suos qui erant in hoc mundo. usque in finem dilexit eos. 2 et cena
facta. cum iam diabolus. misisset in corde iudae. simonis scariotis. ut eum traderet.
3 sciens iesus. quia omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo exiuit. et ad deum uadit.
4 surrexit de cena. et posuit uestimenta sua. et accipiens linteum praecinxit se. 5 deinde

---

(eum). **sermonem** *c*; sermonum Z*(*sed corr.*); uerbum *d e q r*. **quem** + ego J *a b f*. loquutus HΘ. indicauit BI*OSZ*, gudicabit C; indicat D. de illo *a q*. diae C.

49. **ego** + ipse D. **ex** (ἐξ): a *a d e l Tert. et* ἀφ' L *min. om.* **ipso** D *a d e*. **non sum**: locutus *lapsu* Δ. loquutus ΘX*. missit D. > me misit E *d e*. michi W. praeceptum dedit *b c ff₂*, praecepit *l*. **dicam**: faciam *e*. **et**: aut EO *d*.

50. *om.* et Z*. mandata R; praeceptum *b c ff₂ l*. uitam O. eternam W. > aet. est uita *d et* D^gr. **quae er. ego loq.**: quia *tantum e*. que DEW. *om.* **ergo** *b r Aug. om.* **ego** *a d et gr.* DΓ 44. **sicut**: secundum quod *d e r*. michi TW.

XIII. 1. *om.* **autem** Δ*(+ *sup. lin.*)TϚ𝔖ℭ *ff₂* aur.* **festum**: sollemnem *a q*. pasche EHWX. **uenit** (ἦλθεν ℵABKL *etc.*): uenerat *d et* ἐλήλυθεν EFGH *etc. sed* παρῆν D; ueniet *l*. **eius hora** (αὐτοῦ ἡ ὥρα) *cum* B𝔉CDIKMM'ORSTVWX*Z *b d l δ*: > hora eius EGJ *vg. a c e f ff₂* (*q*) *aur. Aug. Tisch.*; hora (*om.* **eius**) AΔ𝔓FHΘX^c Y. transiret E *b c e ff₂ q r*; transcendat uel transeat *δ*. **ex**: de D*(*corr. mg.*)E𝔓^mg R *uett. plur. om.* **hoc** D*(+ *mg.*). **mundo**: saeculo *etc. semper e*. > mundo hoc *d δ* (*Bentl.*) *cum gr.* quum HΘ *et u.* 2, 4. **dilexisset**: diligens E (*a b d f q r δ sine* **cum**); + discipulos *a b c aur. non gr. om.* **suos** G. **in** + hoc DE *uett. plur.* **mundo** *sec.* + usque DER *a b* (*c*) *f ff₂ l q*. fine J.

2. **caena** BCDE𝔓HΘM'OV: cena A𝔉ΔGIK MRSTWXYZ; coena J *vg.* **facta** + est 𝔓^mg R *e*. cum fieret ce. *r*, cum c. fieretur *d et* δείπν. γινομένου ℵ*BLX. diabulus D𝔓*, zabulus 𝔓¹R. **iam**: *om.* X* *a c*; *seq. ras.* 4 *litt.* O; + se BZ *a b e aur. et* > mis. se *c l m r*. mi||||sisset G, missiset E𝔓, mississet D; inmisisset BΘKM'VWZ (imm.) *a* (-erat) *d aur.* **corde** *plur.*: cor CIKO^c TVW *vg. b d e ff₂ m δ aur. Aug.*; + iudae DX* *cor. uat.* r aur.*; + simonis *ff₂**. **eum** + iudeis *cor. uat.* iuda *d*. symonis TW; simon BCEJO*RV *gat. e*. **scariotis** (ἰσκαριώτου ALMΓΔΛΠ *etc.*, *cf.* vi. 71) AΔHMSTX *f*, -this B𝔉²C(schar.)E𝔓GΘIJ M'*ORWYZ *δ Bentl.*, iscariotis 𝔖, iscariotae ℭ, scariothe *c q*: scariotes *b*, -thes 𝔉*KM'¹V, iscariotes Ϛ𝔓 *et* -ώτης ℵBX *etc.*; scarioth *a m r*, a caryoto *d*, a cariotha *e*. *om.* **iud. sim. scar.** D *ff₂* aur.*; *et* > iudae (*om. c*) sim. scar. ut eum trad. (> ut trad. eum *d*, tradere eum *c*) *a c d e f m q δ cum gr.* ADΓΔ *etc.*

3. **sciens** + iesus *b* (autem ies.) *f m q r δ cum gr.* AΓΔ *etc. om.* **ei** D. > ei dedit X. **manus** + eius *c* (manu) *m. om.* **omnia . . . et quia** *r*. exibit T, exiit 𝔓.

4. surget H; surrexit *a c d e f m q r aur.*; + iesus *l*. ha C. **caena** BCD𝔓ΘIM'OV: cena

uestimenta sua
et cum accepisset linteum
praecinxit se
5 deinde mittit aquam in peluem
et coepit lauare pedes
discipulorum
et extergere linteo quo
erat praecinctus
6 uenit ergo ad simonem petrum
et dicit ei petrus
domine tu mihi lauas pedes?
7 respondit iesus et dicit ei
quod ego facio tu nescis modo
scies autem postea
8 dicit ei petrus non lauabis
mihi pedes in aeternum
respondit iesus ei si non lauero te
non habes partem mecum
9 dicit ei simon petrus
domine non tantum pedes meos
sed et manus et caput
10 dicit ei iesus
qui lotus est non indiget
ut lauet

fudit aquam in peluem. et coepit lauare pedes discipulorum suorum. et extergere de
eodem linteo. quo erat praecinctus. 6 uenit ergo ad simonem petrum. et dicit ei petrus.
domine. tu mihi lauas pedes. 7 respondit iesus et dixit ei. quod ego facio. tu ignoras
modo. scies autem postea. 8 dicit ei petrus. non lauabis mihi pedes in aeternum.
respondit ei iesus. si non lauero tibi pedes. non habebis partem mecum. 9 dicit ei
simon petrus. domine non tantum pedes meos. sed et manus et caput. 10 dicit ei iesus.
qui lotus est non indiget. nisi pedes lauare. sed est mundus totus. et uos mundi estis sed

AꟻΔĖFG(cenam)HKMRSTWXYZ; coena J *vg.* posuit ETX *a c e f m q r aur.*; deponit D *δ*. *om.* **sua** *b e ff$_2$* l δ et gr. plur.* accipisset ƎPHR. lintheum O^{rec}W. accipiens l. *d f δ*, accepto linteo *r*, tollens l. *q*, sumpsit l. et *a e* (accepit). praecincxit ΔEƎPR; precinxit D; cinxit *a d*. semetipsum *d*.

5. **mittit** *cum* ABDΔFGHΘIJMMꝽRYℭ *cod. caraf. c e δ Aug. et gr.*: misit ꟻCEƎP(missit)KOS TVWXZϚ𝔓𝔖 *a b ff$_2$ l m q r aur.*, fudit *f*; accipiens aqu. misit *d cf. gr.* D 13. 69 *etc.* pelbem O*T, piluem DΔ, pyluem E, peluim W *vg.*; pelue Z. caepit H; cepit W. labare OX. **pedes** + eorum D *sed exp.* di^{s}cipulorum O; + suorum E *c d f q et gr.* D. **et** *sec.*: ex G*. tergere *a d e q*; extergebat ƎP^{mg}R; extersit D; + de *b d f ff$_2$ m*; *et* + eodem *f q*. lintheo O^{c}W. **quo**: quod EF. precinctus DW, praecintus HO*; cinctus *d e*.

6. **ergo**: *om. b e* (et cum uenisset) *l* m r* (et uenit) *cum gr.* U; autem *c*. symonem CDE. *om.* **petrum** *b*. > petr. sim. *a d l et* D^{gr}. *om.* **et** E *d e l m r et gr.* BDL. dixit RT *b*. **petrus** *contra graecum codd. et vg. et uett. plur.*: ille *d ff$_2$ l m δ et ἐκεῖνος* ℵ^{c}ADL *etc.*; *om.* ℵ*B *b*. michi W. labas TX. > labas mihi T.

7. **iesus** *bis scr.* E. dixit CET *vg. uett. plur.* **quod**: quid *a*. **ego** *in ras. scr.* Z. > ego quod E. fatio W; + et ƎP^{mg}R. **nescis**: ignoras *d f r*. *om.* **modo** *b e m r*. sciens G*(*corr.* G^{1}) *d*; cognosces *b c ff$_2$ l m*. *om.* **autem** *b c ff$_2$ l m q r*. posttea G*(*corr.* G^{1}); post ea Δ.

8. **petrus** + domine *d et gr.* DΠ^{2}. lauauis X; labis ΔR; lauas *b e l r*; *νίψεις* D *al.* **mihi** (michi W) **pedes** = *μου τοὺς πόδας* BCL *etc.*: > pedes meos *a l r δ cum gr.* ℵAΓΔ *etc.*; *om.* **pedes** *b*. eternum W; aeuum *d*. **iesus** + et dixit E *r*. **iesus ei** *codd. plur. cum gr.* ABC*L: > ei iesus CƎPGΘIMꝽOTVWX *vg. c f δ*, illi iesus *a ff$_2$ q et gr.* ℵFMS *etc.*; *om.* ei ꟻ^{c} *b d e l m aur. cum gr.* C^{3}D *al.* labero O*T. **te**: tibi G; pedes tuos D; tibi pedes *c e f m*. **habes** (*ἔχεις*) *cum* AC(abes)Δ FGHKSXYZ *a b d l*: habebis BꟻDEƎPΘIJMMꝽ ORTVW *vg. c e f ff$_2$ m q δ* (*non* Δ^{gr}) *aur. Aug.*

9. symon CDR. ta^{n}tum R; solum *r*. > tantum *post* pedes *e δ et gr. plur.* (*exc.* D). **meos** *om.* O^{rec} *uett.* (*exc. f q δ*) *et gr.* DEGH *etc.* **et** *pr.*: etiam *b ff$_2$ l m q*. capud ΔW; + et totum corpus *a*.

10. eis D*. **qui** + semel EGT *Ambr. Aug.* lauatus (-tis E*) est E; locutus est ΔO*WY*; lauit *a d Tert.* (*Bapt.* 12); + semel *c*. indigit C; habet necessitatem *a q*, ha. causam *e*, habet necesse *Tert.*; necesse habet *d δ*; *ἔχει χρείαν* ℵABC*, *χρείαν ἔχει* C^{3}DLΓΔ *etc.* **ut** (et K) **lauet** (= *νίψασθαι* ℵ *Orig.*) *cum* B(lauetur)ꟻΔƎP*FGHΘJKM O*(labetur?)SX*YZ *c aur. gat.*: ut iterum lauet EƎP^{mg}R *Hieron. Iouin.* 2, *cf.* iterum lauari *Aug.* (*Ep.* 44), *Pacian.*, iterum lauandi *Optat.*, rursum *Tert.* (*sine* lauari); nisi ut pedes lauet (labet O^{c}T) ACIMꝽO^{c}TVWX^{c} *vg. Tisch. b ff$_2$ l m Ambr.*; nisi pedes lauare D *e f δ* (*om.* nisi) *Aug.* (*in Ioh.* 56. 58), nisi p. lauandi *q*, > lauandi nisi . . . *a*, *ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι gr. plur.*; caput labare nisi pedes tantum *d et* D^{gr}. **ut lauet** *correctio Hiero-*

sed est mundus totus
et uos mundi estis
sed non omnes
11 sciebat enim quisnam esset
qui traderet eum
propterea dixit
non estis mundi omnes
12 postquam ergo lauit pedes
eorum et accepit
uestimenta sua
cum recubuisset iterum
dixit eis
scitis quid fecerim uobis?
13 (116. 3) uos uocatis me magister et
domine
et bene dicitis sum etenim
14 (117. 10) si ergo ego laui pedes uestros
dominus et magister
et uos debetis alter alterius
lauare pedes
15 exemplum enim dedi uobis
ut quemadmodum ego feci
uobis ita et uos faciatis
16 (118. 3) amen amen dico uobis
non est seruus maior domino suo
neque apostolus maior eo

non omnes. 11 sciebat enim qui traditurus esset eum. propterea dixit. quia non omnes
mundi estis. 12 cum ergo lauisset pedes eorum. accepit uestimenta sua. et recumbens.
iterum dixit eis. scitis quid fecerim uobis. 13 uos me uocatis magistrum et dominum et
bene dicitis. sum enim. 14 si ergo ego laui uobis pedes. dominus et magister. et uos
debetis alter alterius pedes lauare. 15 exemplum enim dedi uobis. ut quemadmodum ego
feci uobis. ita et uos faciatis. 16 amen amen dico uobis. non est seruus maior domino suo.

---

nymiana uidetur, satis docte facta, cum Uarro de Lingua Latina discrimen inter lauari *et* lauare *agnoscat, quam Graeci duobus uerbis* λούεσθαι *et* νίψασθαι *exprimunt. Dicit enim 'consuetudo . . . in toto corpore potius utitur* lauamur, *in partibus* lauamus, *quod dicimus* lauo manus *sic* pedes *et caetera. Quare e balneis non recte dicunt* laui; laui manus *recte'* (*de L. L.* ix. 107 *ed. Mueller*). *Sed haec, quamuis docta correctio, perspicua non fuit, cum hoc discrimen non semper seruaretur.* **sed** *pr.*: quia *l*, enim *d et* D^{gr}; et 𝔖. **est** *sec.*: et H*(*corr.* H^1). *om.* **totus** *m.* hestis C *et* 11. **omnes**: toti *d*.

11. scieuat O; + iesus *d et* D^{gr}; + ab initio E *e*, + ab initio iesus *l*. **quisnam** (quis *e m*) **esset qui traderet** (traditurus erat *e* ff_2 *aur.*) **eum** (> eum trad. erat *e*) = τὸν παραδιδόντα αὐτόν: > qui eum traderet quis esset *b*; quis (quisnam *c*, qui *f l q*) traditurus esset (erat *q*) eum (> eum erat *l*) *a c f l q r*; qui eum trad. erat *d*; eum qui traderet eum δ. *om.* **propterea . . . omnes** *d et* D^{gr}. propter ea Δ; ideo *a*. dixi F; + quia *a b c f l q* (quod) *r et gr.* BCL 33. et uos m. estis sed non omnes *𝑢*; mundi estis sed non omnes *m*; > omnes non e. mundi *a*.

12. *inc.* et cum lau. E, ad ubi ergo lau. *e*. lauauit D, lauisset E *f q*. **eorum**: discipulorum *c cum gr.* Γ *al.* 10. *om.* **et** BEGTϚ𝔖 *a b c f* ff_2* *l m aur. Bentl. et gr.* ℵAC^2L *min.* accipit 𝔈𝔓. uestimentamenta 𝔐𝔗. **sua** (*om. b d e m et gr.* D): + et B𝔉DEO*(*ut udtur sed eras.*)TϚ𝔖 *a b c e f* ff_2 *l m q Bentl. et gr.* ℵABC*L *min.* **cum** (quum Θ) **recubuisset** (recumbisset 𝔈𝔓) = ἀναπέσων $\aleph^c$A C^3DLΓΔ *etc*: recumbens *d f q* δ; recubuisset D, recubuit *a e*, discubuit *r* = ἀνέπεσεν ℵ*BC* 157. **iterum** (denuo *r*) + et *a* (ff_2) *r*. > iterum re:ub. *b c* ff_2 *l m*. *Distinguunt* recubuisset. Iterum dixit *etc.* DϚ𝔏 *e f* δ. scitote *q*; intellegite *c r*, -tis *a*. **quid**: quae 𝔈𝔓𝔐𝔗O*. **fecerim**: ce *in ras.* G.

13. uocates O; nocastis X* *m*; clamatis *d*; dicitis *a e* (*et* mihi). > me uocatis E *c f r*. magistrum F *f l m r*. dominum *f l m r*; -nus *b d q* δ. benedicitis DΔ(-tus)KSTV; benefacitis JΘ(*uno uerbo*)KV. et enim ΔΘ; enim (*om.* **et**) H* (+ *sup. lin.*) *uett.* (*exc. r*); > et sum (*om.* **enim**) E.

14. *inc.* si igitur ego qui dom. sum et mag. pe. ue. laui *a*; *et* > mag. et dom. laui p. ues. *c* ff_2 *aur.* *om.* **ergo** DR. *om.* **ego** *b r*. lauaui 𝔈𝔓. **pedes uestros** (τοὺς πόδας ὑμῶν DKΠ *al. pauc.*): > uestros pedes B𝔉CJK𝔐𝔗OZ *b* δ (*f*) *Bentl. cum. gr. plur.* > mag. et dominus *e*. **magister** + quanto magis E *a d* ff_2 *l m r et* D^{gr}. **uos**: uobis *a*. debitis R. > debetis et uos EJ. **alter alterius** (*gr.* ἀλλήλων): aliorum *e*, inuicem *d q r* δ, alterutrum *l*, -tro *a*. labare O. > pedes lauare *e f* ff_2 *l r*.

15. **ut** *sup. lin.* T. quemad||modum H, quemammodum FΘZ^2. *om.* **ego** *l et gr.* UΓ *min.* facio *b m*. **ita**: etiam *b c* ff_2 *m*; *om. a d e q r* (*Bentl.*) *et gr.* **uos** + aliis *e*.

16. amen||amen C. **uobis** + quia D *m r*. **non est** *in ras.* Y. > maior seruus R *c*. *om.* **suo** M. **neque** + seruus D (*sed expunct*). **apostolus**: u *in ras.* R. **maior** *sec. sup. lin.* O; + est *vg.* (*non cod. caraf.*) *edd. uett. plur.* (*non autem Maresch.*

qui misit illum
17 si haec scitis beati eritis
si feceritis ea
18 (119. 10) non de omnibus uobis dico
ego scio quos elegerim
sed ut impleatur scriptura
qui manducat mecum panem
leuauit contra me calcaneum suum
19 a modo dico uobis prius
quam fiat
ut credatis cum factum fuerit quia ego
sum
20 (120. 1) amen amen dico uobis
qui accipit si quem misero
me accipit
qui autem me accipit
accipit eum qui me misit.
21 (121. 4) Cum haec dixisset iesus
turbatus est spiritu
et protestatus est et dixit
amen amen dico uobis quia
unus ex uobis tradet me
22 (122. 1) aspiciebant ergo ad inuicem
discipuli
haesitantes de quo diceret.
23 (123. 10) Erat ergo recumbens unus

---

neque apostolus. maior illo qui misit eum. 17 si haec scitis. beati eritis. si feceritis ea.
18 nonne omnibus uobis dico. ego scio. quos elegerim. sed ut scribtura impleatur. qui
manducat mecum panem. leuabit super me. calcaneum suum. 19 amodo dico uobis.
antequam fiat. ut cum factum fuerit. credatis quia ego sum. 20 amen amen dico uobis
qui accipit eum quem ego misero. me accipit. qui autem me accipit. accipit eum qui
me misit. 21 haec cum dixisset iesus. turbatus est spiritu. et protestatus est. et dixit.
amen amen dico uobis. quia unus ex uobis tradet me. 22 aspiciebant ergo ad inuicem
discipuli. hesitantes. de quo diceret. 23 erat autem recumbens unus ex discipulis eius in

---

1531, *Uiuian et Iunta* 1534). **eo** (ero W) **qui misit** (miss. DƎP) **illum** (> eum mis. *e q*): illo a quo missus est *a*.

17. **si haec** (hec W) **scitis**: haec scientes *e m*. **eritis**: estis *a b c d l m q r* (*Bentl.*) *et gr.* ἐστε. *om.* **si f. ea** *e*. feceretis Z, faciatis R, facitis *d*. *om.* **ea** G.

18. **ego** + enim DƎPR *c l q r et gr.* ℵAKΠ *min.* **quos**: quod *a*. elig. O*(*corr. sax.*), aeleg. C; seleg. *a*. inpleatur CDƎPMTO; adimpl. B(*ut udtur*) ΘIM *vg. a c e*, compl. *r*. scribtura ƐFEISYZ. > scr. impleatur (*a e*) *f l q* (*r*) *δ et gr. plur.* **manducat**: edit *a b*, edebat *d*. **mecum** (μετ' ἐμοῦ): meum (B *forsan*)T *et* μου BCL *min.*, *et* **panem** + meum *q cum gr.* E*. > panem mecum *e*. **leuauit** (ἐπῆρκεν *uel* ἐπῆρεν) *cum* GMMTO*R XZ *M. B. Harl.* 2788, *Reg.* I B. vii, *Cotton. Tib.* A. ii, *a b* ff_2 *l Bentl.*, erexit *r*: leuabit A(B?)ƐFC ΔΕƎPFHΘIJKO^{sax}STVWY *vg. Tisch. c d f q δ aur.*; adampliauit *e* (*et om.* **calc. su.**), *LXX. enim ad Ps.* xl (xli). 10 ἐμεγάλυνε ἐπ' ἐμε πτερνισμόν, *ueteres ibi* ampliauit *uel* amplificauit, *vg.* magnificauit, *et uoluit* leuauit *Hieron. ipse, uide Sabat.* **contra** (ἐπί): in *a*, aduersus *l q r*, super *rell.* **calcaneum**: calculum W.

19. amodo Δ *vg.*, a mo^{do} ƎP; amen amen *r*. quum HΘ *et* 21. > cum fac. fuerit credatis *vg. c d f q r δ aur. Aug. et gr.* ACDΓΔ *etc.* **sum** + de quo scriptum est J.

20. accipit *pr.* EO, acceperit *q*. **si quem** (ἄν *uel* ἐάν τινα): eum quem E *a b f* ff_2; eum si quem *δ gat.*; quem D *l*; unum quem *q*; me quemcumque *d*. missero DƎP. siquemmi sero R (*sic diuisum*). accepit *sec.* DEX *l r*. **qui autem**: et qui *d l et gr.* D. **me** *sec. sup. lin.* T. accepit *tert.* DE *r*, *et* > accipit me X *d et gr.* D. accepit *quart.* EZ *r*; adcepit *semper* ff_2. *om.* **eum** *d*. missit D. > misit me ƎP. *sic habent uersum e r*; a. a. di. uo. qui recipit me recipit eum quem misero . et qui recipit si quem misero recipit eum qui me misit *e*; a. di. uo. qui accipit me . . . me misit et qui accipit eum q. . . . *r*. *Inc. rursum* Q.

21. *inc.* haec locutus est ies. et *a*. hec W. *om.* **iesus** F. conturbatus *d*. **est** *pr.* + in ƎP^{mg}R *a c* ff_2 *l aur.* **protest.**: testificatus *a q r*, testatus *d*; *cf.* testimonium dixit *e*. **est** *sec. om.* Q. **et dixit**: dicens T *a*. **uobis**: uestris *d r*. > me tradet DEQR.

22. haspic. C; inspic. *d q*; adtendebant *e* (*et om.* **ergo** *cum* ℵ^{c}BC *min.*). **ergo**: ei *deinde ras.* 3 *litt.* X* (*corr.* X^{2}); uero E; + se DQ *q* (*post* inuiciē) *r*. **ad** (*om. d q*) **inuicem** (εἰς ἀλλήλους): ad alis alium *b*. alis (alius*) ad alium *l*. discentes *e*; + eius D (*a*) *r gr.* 13. 69. 124. > discip. ad inu. B. > discip. autem eius respic. ad inu. *a*. **haesitantes** (hes. AƐFΔGW, hess. D, es. T) = ἀπορούμενοι, *sed* -οῦντες D 13. 69. 346: incerti *q*, stupentes *a*, cogitantes *d*. de quodam *δ*.

23. **ergo**: ego H; igitur Z*(*corr.* Z^{1}); enim D;

ex discipulis eius in sinu iesu
quem diligebat iesus
24 innuit ergo huic simon petrus
et dicit ei quis est de quo dicit?
25 itaque cum recubuisset ille
supra pectus iesu
dicit ei domine quis est?
26 cui respondit iesus
ille est cui ego intinctum
panem porrexero.
(124. 9) Et cum intinxisset panem
dedit iudae simonis scariotis
27 et post buccellam tunc introiuit in
illum satanas.
(125. 10) Dicit ei iesus quod facis fac
citius
28 hoc autem nemo sciuit discumbentium
ad quid dixerit ei

---

sinu iesu. quem diligebat iesus.
24 innuit ergo huic simon petrus. et dicit ei. interroga quis est de quo dicit.
25 recumbens ergo ille super pectus iesu. ait illi domine quis est.
26 respondit iesus. ille est. cui ego intinctum panem dedero. et cum intinxisset panem. dedit iudae simoni scariothe.
27 et post panem acceptum. tunc intrabit in eum satanas. dicit ei iesus. quod facis fac celerius.
28 hoc autem. nemo intellexit. de discumbentibus.

---

autem *a c d f ff*$_2$ *q r* ð (*Bentl*); et fuit *e*. ihesu C; ipsius *l*; + etiam *a*, + et *d*. > in si. iesum unus ex discip. eius *e*. dilegebat D; amabat *e*. ihesus T; *om. e r et gr.* 69; + ualde *ff*$_2$ *r*.

24. innouit ℑP* (*corr. mg.*); annuit *c e*. *om.* **ergo** *c e* (et huic ann.). symon CDE. **et dicit** (dixit *vg. b c q non autem cod. caraf.*) **ei** (*om. a q*) = *καὶ λέγει αὐτῷ* BCILX 33: dicens *a*; + domine E* (*sed expunct.*); + interroga *a c f ff*$_2$ *q*, + dic *b l* (*Bentl.*), *et* + *εἰπέ* BCILX. 33. **quis**: qui *a*. *om.* **quis est** *c*. *om.* **de quo dicit** *b ff*$_2$* *l gr. min.* **et dicit . . . quo dicit**: interrogaret quis esset hic de quo dicit *d*, uti cognosceret a iesu de quo dixisset *e*, interrogaret quisnam esset de quo dicit *r*, quis de quo dicit ð; *et πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει* (ℵ)ADΓΔΛΠ *etc.*

25. **itaque** (ait itaque *c*) **cum** (quum HΘ *et* 26) **recubuisset** (bu *sup. lin.* R, recumbuisset ℑP, recumberet *c*): recumbens ergo (*om. e*, autem *ff*$_2$ *q*) *a e f ff*$_2$ *q r* ð; *ἀναπεσὼν οὖν* (*δέ* AEFG *etc.*; *om.* BC) ℵ^{c}BC*KL *etc.*; incumbens ergo *d et ἐπιπεσὼν κ. τ. λ.* ℵ*AC^{c}DΓΔ *etc.* **ille** + sic D ð *Bentl. et gr.* BCEFG *etc. οὕτως*. super EO* *Bentl.* iesus O*W; + et *c*. **quis**: quid Δ; qui *a*. **est**: + qui tradet te *c gr. min. pauc.*

26. **cui** *ad init. cum* AB&FΔℑPFGHΘMMTOS XY: *om.* CDEIJKQRTVWZ *vg. Tisch. uett. et gr.*, *sed* + illi *post* **respondit** *d e* D^{gr} 13. 69. 124. 249; + ergo *a et gr.* ℵ^{c}BC*LX. **respondit** (*ἀπεκρίθη* Π^{2} 249): respondet (*Bentl.*) *gr. plur.* **iesus** + et dixit *d cum gr.* ℵD 13. 69. 346. **intinctum panem**: intingens (+ tinctum ð) panem *e* ð, intincta buccellam *d*; *gr. βάψας* (*εμβ.* ADKΠ *etc.*) *τὸ ψωμίον* ℵADXΓΔ *etc.*, *βάψω τὸ ψ. καί* BCL. **porrexero** (prorex. H) = *ἐπιδώσω*: dedero *e f* ð *et δώσω* BCLMX. > ipse est *post* dedero *e*. **et cum intinxisset** (intincx. BΔEFGMTO) = *καὶ ἐμβάψας uel βάψας* ADΓΔ *etc.*, et intingens *d e q* ð: intinxit ergo *a*, intingens ergo *r*, *et βάψας οὖν* ℵBCL *etc.* **panem**: buccellam *d*, panem uel tinctum ð; *om.* E; + et O *a*. **dedit**: dicit D*(*sed corr.*); tradidit *a c*, porrexit *d r*, -egit *l*; *gr. δίδωσιν*. iude W, iudeae ER; ei Z*(*corr.* Z^{1}). **simonis** A&FD(sy.) ΔℑP*FGHΘMMTOSVWY *vg. d ff*$_2$ *q* ð: simoni BℑP^{c}IJKQRXZ *b c f l r aur.*, sy. CET *cum gr. min. pauc.*; *om. a e*. **scariotis** (*cf.* vi. 71) AΔ HMQSX, scariothis BC(schar.)EℑPFGΘIJORW YZ, iscariotis 𝔖, isscariothis D, *ἰσκαριώτου* ℵBCL *etc.*: scariothi KMTV ð, scariote T, -tae *b*, -thae *c*, -the *f l q*, iscariotae Ϛ𝔓ℭ, *ἰσκαριώτῃ* AΓΔΛΠ *etc.*; scariothes &F, scarioth *a e ff*$_2$ *r aur.*, a caryoto *d et* D^{gr}.

27. **post** (pos F) **buccellam** (bucell. CΔℑP*H ΘIMTSTVWY, buccill. O*X) = *μετὰ τὸ ψωμίον*, *et* post panem *Aug. cf. u.* 26: ut (postquam *l*) accepit panem *a b c l q* (*r*); *om. d e et* D^{gr}; + acceptam E (*cf. f*), *et* > post acceptam bucillam D. **tunc**: *om.* EϚ𝔖ℭ *a b c d ff*$_2$ *l r cum gr.* ℵDL; statim *e*. introibit O*T, introuit K; intrauit *a e f q r*. **illum**: eum W *vg.* sathanas CW; + et ΘIMTT *vg. d e et gr.* D. dixit T𝔖ℭ *d*; + ergo D *b c ff*$_2$ *q r* ð *aur. Bentl. gr. plur.* cicius W; cito Z*(*corr.* Z^{1}); celerius *a b f ff*$_2$, uelocius *r*. > citius fac *d e*.

28. *om.* **hoc** *a*. scibit O*, scit ð; intellexit *a f q r*, potuit cognoscere *e*. ex (de *f*) discumbentibus (rec. *d*) *d f q r*; *om. e*; > ex his qui recumbebant intellexit *a*. > disc. sciuit *c aur.* **ad quid**: quid T *a b e ff*$_2$* *r*, aut quid DER; quare *f q*. dixit *d Bentl.* **illi**: hoc *q*. > illi (ei *r*) dixerit *a r*, ei dixisset *e*.

29 quidam enim putabant
quia loculos habebat iudas
quia dicit ei iesus eme ea quae
opus sunt nobis ad diem festum
aut egenis ut aliquid daret
30 cum ergo accepisset ille
buccellam exiuit continuo
erat autem nox.
31 Cum ergo exisset dicit iesus
nunc clarificatus est
filius hominis
et deus clarificatus est in eo
32 si deus clarificatus est in eo
et deus clarificabit eum
in semet ipso
et continuo clarificabit eum.
33 Filioli adhuc modicum
uobiscum sum
quaeritis me et sicut dixi
iudaeis quo ego uado uos
non potestis uenire
et uobis dico modo
34 mandatum nouum do uobis
ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos ut et uos
diligatis inuicem

---

quare dixerit ei. 29 quidam enim putabant. quia loculum habebat iudas. quia dixisset ei
iesus eme. ea quae opus sunt nobis ad diem festum. aut pauperibus ut aliquid daret.
30 accipiens ergo ille panem. continuo exiuit. erat autem nox. 31 cum ergo exisset. dicit
iesus. nunc clarificatus est filius hominis. et deus clarificatus est in eo. 32 si ergo deus
clarificatus est in eo. et deus clarificauit eum in semetipso et continuo clarificauit eum.
33 filioli adhuc modicum temporis uobiscum sum. quaeritis me. et sicut dixi iudaeis. quia
ubi ego uado. uos non potestis uenire. et uobis dico modo. 34 mandatum nouum do

---

29. *inc.* plerique en. existimabant *a*. habeat Q; + iesus D *sed exp.* **quia** *sec.*: quod FKOTVW XZ *vg. l q r* (*gr.* ὅτι *et* **quia** *pr.* = ἐπεί); et *c*. **dicit** (λέγει): dicebat X, diceret T, dixit *a*, dixisset KVWZ *vg. f l q r*; praecepisset *e* (*et om.* ies.). aeme C, ame Z*(*corr.* Z^2); ut emeret *a r*, emere *e*. °a E. que DW. °pus O, hopus C. quae necessaria sunt *a* (erant) *e q*, quorum opus habemus *d*, quibus necesse hab. δ. **nobis**: *om.* W *a d q r* δ; in uobis *b*. **festum**: sollemnem *a*; + hunc *c*. aegenis DEG, heg. C; pauperibus *a d e f l q r*. **ut**: *om.* CJT *c e r*; aut I. > ut aeg. D (*a*) *b* (*d l q*). *om.* **aliquid** *a*.

30. quum HΘ (*et* 31). *inc.* ut accepit igitur *a*, accipiens ergo *d f* δ, accepto ergo *q*, accepte autem *e*. accip. ΔǷHORY, accepissset D. **ille**: *om.* 𝔉 *b* ff_2 *gr.* 69; iudas *e*. bucellam CΔEΘIM ꟽTSV*WY, buccillam O*Z, bucill. DǷ; panem *a b f* ff_2 *l q r*. > buc. ille *d e* (iudas) *Bentl. et gr. plur.*, > panem ille *q*. exibit O*, ˡexiit Ƿ*(*corr. mg.*)F. **continuo**: confestim *a d*, mox *q*, statim *r*; *om. e*. > continuo exiuit (*a*) *f* (*q*) δ. *distinguit* erat autem nox 31 quando exiuit. Dicit iesus *etc. q*; *de graecis uide Tisch. T. G.* 8 *ad loc.*

31. *om.* **ergo** *q* (*uide supra*) δ. exiisset D; recessit *e*; + ille *c*. dixit E *vg.*; + ei D. **clarificatus**: honoratus *pr. a*, honorificatus *sec. a*, *bis l q* (*r*), glorificatus *bis d e*. *om.* **est** *pr.* D, *sec.* R* (+ *sax.*). **eo**: ipso $Ƿ^{mg}$.

32. **si** (et si J *q*, si ergo *f*) **deus clar. est** (*om.* X^1) **in eo** *codd. plur.* (*et* H^cX^1) *vg. e f* l^c (*uide infra*) *q r* δ *aur.*° *Aug. Hil. et gr.* ℵ°AC^2TΔΛ *etc.*: *om.* EFGH*X*Z *a b c d* ff_2 *l** *aur.** *Tert. Prax.* 23, *Ambr. bis et gr.* ℵ*BC*DLXΠ *etc.*; *om.* **si deus . . . semet ipso** *l** (+ *cor. sed* **si deus** *euanuerunt*). **et** *pr.*: si ff_2. clarificauit *pr.* 𝔉 ΔFΘIJKMOSWXZ; clarificatus est D (*et om.* **eum** *pr.*); honorif. *semper a q r*, *sec. l*, glorif. *semper d e*. *om.* **semet** D*(+ *mg.*) *a*. **et** *sec.*: + deus *r*. **continuo**: confestim *a d*, statim *e q*, protinus *r*. clarificauit *sec.* BEFHΘKOWXZ* (*corr.* Z^2); clarificatus *ut udtur* D*. **eum** *sec.* + in semetipso *l*.

33. athuc FMSX², aduc T. **modicum**: pusillum *a d q r*; + tempus *c d* (*f*) *l cum gr.* ℵLXΓ *etc.* *om.* **uobiscum** Q. > sum uobiscum D. **quaeritis** (ζητεῖτε 69; *cf. ad* vii. 34) *cum* 𝔉ΔEǷFGH IKOQRSXYZ *uett. plur.*, queritis CDT: quaeretis (ζητήσετε) AΘJMꟽTVW (quer.) *vg. Tisch.*; B *mutilus est.* sicuti C. iudeis DW; + quia *a f* δ, + quoniam *q*, *cum gr. plur.* **quo ego uado** (nauado G*): ubi sum ego *a e* (> ego sum). *om.* **uos** W. **uobis**: uos H. > nunc uobis dico *a*, uobis nunc dico *e*. *Distinguunt* uenire. Et uobis dico modo mandatum *etc.* H(Θ)T.

34. **mandatum**: praeceptum *b c e* ff_2 *l m*. dileg. *bis* D; **dilig.** *pr.* + in X *aur.* **inuicem** *pr.*: alterutrum *l*. sicuti C; + ego *a b e f l m gr.* 249; + et ego DE *gat. et* D^{gr}. **ut** *sec.*: ita *gat. a*. > et ut BK. *om.* **ut et uos** ff_2*. *om.* **sicut . . . inuicem** ΔZ*(+ Z^2) *cum gr.* XΓ *al.* 10; *om.* **ut et . . . inuicem** *c e m*. *Def. l ad* xiv. 23.

35 in hoc cognoscent omnes quia
mei discipuli estis si dilectionem
habueritis ad inuicem.
36 (126. 1) Dicit ei simon petrus
domine quo uadis?
respondit iesus quo ego uado
non potes me modo sequi
sequeris autem postea
37 dicit ei petrus quare non possum te
sequi modo?
animam meam pro te ponam
38 respondit iesus animam tuam
pro me ponis?
amen amen dico tibi
non cantabit gallus
donec me ter neges.
XIV. 1 (127. 10) Non turbetur cor uestrum
creditis in deum et in me credite
2 in domo patris mei mansiones multae
sunt
si quo minus dixissem uobis
quia uado parare uobis locum
3 et si abiero et praeparauero
uobis locum
iterum uenio et accipiam
uos ad me ipsum

uobis. ut diligatis inuicem. sicut ego dilexi uos. ut et uos inuicem diligatis. 35 in hoc
cognoscent omnes. quia mei discipuli estis. si dilectionem habueritis inuicem. 36 dicit ei
simon petrus. domine quo uadis. respondit iesus quo ego uado. non potes me modo
sequi. sequeris autem postea. 37 dicit ei petrus. domine quare non possum te sequi modo.
animam meam pro te ponam. 38 respondit illi iesus animam tuam pro me pones. amen
amen dico tibi. non cantauit gallus donec me ter neges. XIV. 1 Non turbetur cor
uestrum. creditis in deum et in me credite. 2 in domo patris mei. mansiones multae sunt.
alionquin. dixissem uobis. uado parare uobis locum. 3 et si abiero. praeparare uobis

35. **hoc** + enim *c d et* D^{gr}. **cognoscent**: scient *a d q r*. **omnes**: homines E. > discipuli mei E *vg. b c e m r*. **si**: + uos D^{mg}; + ueram *a c*. **dilect.**: caritatem *q r*. in inuicem *d m q* δ *Bentl.*; *e* = *f*; inter uos *a*, ad alis alium *b*.

36. *om.* **ei** D. symon CDEꝐ. **respondit**: + ei F (δ); + illi D *d q r* (δ) *cum gr. plur.* *om.* **ego** δ *et gr. plur.* **uado** (eo *e*) + tu *c e*. potestis V; + tu Θ(*ut uidetur sed eras.*)M *gat. d et* D^{gr}. **me modo** (nunc *q*, > nunc me *a*) **sequi** = *μοι νῦν ἀκολουθῆσαι*: > me sequi modo EꝐ *d*, uenire modo *e*, *μοι συ ακ. αρτι* D; me sequi (*om.* modo) δ *gat.* sequaeris ꝐGΘ. **autem** + me *b*. > postero autem me seq. *d* (δ).

37. **petrus** (*om. d et* D^{gr}) + domine DT *uett.* (*exc. aur.*) *gr.* (*exc.* ℵ* *min. pauc.*) *Bentl.* possumus Z* (*sed corr.*) *c*. > sequi te BDJKMTORVZ *c aur.*; > modo seqni te Ꝑ; > te modo (nunc *d*) sequi (+ modo *d*) W *d*; > modo *post* quare ff_2. *om.* **meam . . . animam** (*u.* 38) D. **ponam**: pones Q. > ponam pro te *b*.

38. **respondit** + ei Θ *vg. b* δ (*q* = *f*). ihesus C; + et dixit (+ ei *c*, + illi *d*) *c d* ff_2 *r aur. cum* D^{gr}. **ponis** *contra graecum cum* AꝎCΔꝐFGHIMM*OSTWXYZ *a b d e q r aur.*: pones (*θήσεις*) BD (> pones pro me)EΘJKM¹QRV *vg. Tisch. c f* ff_2 δ. **amen**: *semel* M; *sequitur ras.* 4 *litt.* T. **tibi** + quoniam *c d r et gr.* D. **non**: priusquam *e*; + prius *a*. cantauit BΔO (n *sup. lin.*); cantet *e*; + hodie *r*. > gallus cant. *a d e* δ (*Bentl.*). donet G; usquequo *d*, antequam *q*; *om. e*; + tu *a b* ff_2. > ter me DRX *vg. Aug. c e q r*. > ter neges me E; > neg. me ter (*Bentl.*) *cum ord. graeco et d* δ. abneges *a r aur.*, negabis *d e*.

XIV. 1. + *ad init.* et ait discipulis suis MTϚ *a c d aur. et gr.* D. conturbetur X *a d e q r* δ. > uestrum cor *d* δ (*Bentl.*); + neque trepidet *e*, + neque formidet *Sangall.* 51, *cum gr.* X *al.* 6. **creditis**: cretidis H*; credite DE *uett.* (*exc. f*) *Aug.* deo *e*; dominum Z* (*corr.* Z¹). **credite**: creditis *a*.

2. domu DV. multe HOW. > mul. sunt mans. G *e*. si cominus T; alioquin E *a f q r*. dixisem GO*; + forsan δ. **quia**: *om. a e f q* δ *et gr.* C^{c}N ΓΔ *etc.*; + ego X^{c}. > locum uobis *d q* δ *aur.** (*Bentl.*), *cf. Cypr. de hab. uirg.* 23 (204. 1). > loc. parare uobis E.

3. habiero CR; iero *q*. et praeparabero T, et parauero E *c e aur. gat. Bentl.*; preparare D *f*, parare *d et ἑτοιμάσαι* DM *al.* > locum uobis E *d cum gr.* ℵBDKL *etc.*; *om. e*; *om.* locum *a*. ueniam X* (*sed corr.*) *a e q* δ; ueniem G, *sed gr. omn. ἔρχομαι*. accipiem G; sumam *e*, ads. *a d*, arcessam *r*, accersiam *q*, -sio *b c* ff_2* *aur.* *om.* **ipsum** *a b*. *om.* **ad me ips.** *e*. **ut**: et DMT *a*; *om.* J. hubi C; sicubi *e*. **sim** D. > ego sum

ut ubi sum ego et uos sitis
4 et quo ego uado scitis
et uiam scitis.
5 Dicit ei thomas domine nescimus
quo uadis et quomodo
possumus uiam scire?
6 dicit ei iesus ego sum uia
et ueritas et uita
nemo uenit ad patrem
nisi per me
7 si cognouissetis me et patrem
meum utique cognouissetis
et a modo cognoscitis eum
et uidistis eum.

8 Dicit ei philippus
domine ostende nobis patrem
et sufficit nobis
9 dicit ei iesus tanto tempore
uobiscum sum et non cognouistis
me philippe?
qui uidit me uidit et patrem
quomodo tu dicis
ostende nobis patrem?
10 non credis quia ego
in patre et pater in me est?
uerba quae ego loquor uobis
a me ipso non loquor
pater autem in me manens

---

locum iterum uenio. et accipiam uos ad me ipsum. ut ubi ego sum et uos sitis. 4 et quo
ego uado nostis. et uiam scitis. 5 ait illi thomas. domine nescimus quo uadis. et quomodo
possumus uiam scire. 6 dicit ei iesus. ego sum uia et ueritas. et uita. nemo uenit ad
patrem. nisi per me. 7 si cognosceretis me. utique et patrem meum cognosceretis et
amodo cognoscetis eum et uidetis eum. 8 ait illi philippus. domine. ostende nobis
patrem. et sufficit nobis. 9 dixit ei iesus. tanto tempore uobiscum sum. et non cog-
nouistis me. philippe. qui me uidit uidit et patrem. et quomodo tu dicis ostende nobis
patrem. 10 non credis. quia ego in patre. et pater in me est. uerba quae ego loquor uobis.

EΘJ *b c d f ff2 q aur.*; > ego ubi sum *a.* **sitis**: scitis G *gat.*; eritis J *d.*

4. *om.* **ego** *a b d e ff2 q et gr.* DLX *min.* s^{c}itis *bis* G; nostis *pr. f q, sec.* D *c e ff2* δ. > scitis quo eam *e.* *Ita habent uersum a r*; et quo uado nostis uiam *a*, et ubi uado scitis uiam *r cum gr.* ℵBC*L *etc.*

5. tomas T; + qui dicitur didymus *d et* D^{gr}. **domine**: *om.* G; *bis scr. e.* uadas Z. *om.* **et** *a b r.* **quomodo**: unde *q.* **possumus** (possum H*) .. **scire** (nosse *r gat.*) = δυνάμεθα εἰδέναι (ℵ) AC^{2}KL *etc.*: nouimus *a d e m Tert. Prax.* 24, scimus *b et* οἴδαμεν BC*D; *item* > nouimus uiam *a.*

6. **ei**: eis T. **ego**: ege K* (*sed corr.*). *om.* **sum** D *r.* *om.* **et** *pr.* KO*RTWZ𝔖 *Tert.* **uita** + et X.

7. **cognouissetis** *pr.* (-uisetis H) = ἐγνώκειτε *gr. plur.*: sciretis *r* (*cf. f*); cognouistis *a b c d e ff2 m Aug.*, nostis *q*, ἐγνώκατε ℵD*. *om.* **meum** T. hutique C; *om. uett. plur. Tert.* **cognouissetis** *sec.* (-uisetis HQ) *cf.* sciretis *r* = ἐγνώκειτε ἄν *uel* ᾔδειτε ἄν *gr. plur.*: cognouistis *a b c ff2 m Aug.*; cognoscitis *e q*; scietis *d*, cognoscetis *cod. Uoss. ad Iren. p.* 236 (*Mass.*), *et* γνώσεσθε ℵD*. > cognou. utique 𝔍𝔓MT O* (*corr. rec.*)Q *Bentl.* **et** *sec. om.* T *a et gr.* BC*L *etc.* **a modo**: iam ex hoc *a*; abhinc *Tert.* **cognoscitis** (γινώσκετε *plur.*) *cum* ACDΔFGHΘ*O^{1}SXYZ *Bentl.*, cognoscite *d*: cognoscetis B𝔉E𝔍𝔓Θ^{c}IJKMMTO*QR(c *sec. sup. lin.*)VW *vg. f q* δ *Aug.*, scietis *r*, *et* γνώσεσθε ℵ; cognouistis T, nostis *a b c e ff2 m aur.* uidetis *e f m.* **eum** *sec. om.* D *r.*

8. pphilippus W, philyppus C, filippus DR. hostende C; monstra *d*; *et u.* 9. suffecit 𝔍𝔓* (*corr.* 𝔍𝔓^{1})R.

9. dixit *f m*; respondit *a cum gr.* N. *om.* **ei** F *a m.* ihesus C. **tanto tempore** (-rae C, -ris *b*) = τοσούτῳ χρόνῳ ℵDLQ *etc. cf. Winer 'N. T. Gramm.' pt.* 3, § 31, 9: tantum temporis *ff2 et* τοσοῦτον χρόνον ABN *etc.* **sum**: fui T. **cognouistis** (-nuistis R) *codd. et vg. et uett. Tert., contra graecum, et* nostis E *e q r Hil.*, agnouistis *Nouat.*: cognouisti T *Iren. p.* 200 (*Mass.*) *codd. Uoss. et Clarom., et* (*Bentl.*). **me** *pr.*: mec Y. filippe D, fillippe R, philyppe C, philippee E. *Distinguunt* cognouistis me? philippe, qui uidet *etc.* D (*forsan*) *vg. et gr. Steph.* 1550. uidet *bis* B(?)D EJMTRW *vg.* δ *Tert. Iren.* (*non Cod. Clarom.*). > me uid. ET *a e f m q r.* **et** *sec. om. d e* δ *cum gr.* **patrem** *pr.*: + meum *c q*; + et E *d f q* (*post* meum) δ *Bentl. et gr. plur.* (*non autem* ℵBQ 58. 2^{pe}). quomo F.

10. **credis** (πιστεύεις) *codd. et uett. plur.* 𝔍𝔓 *Bentl.*: creditis ACΔSYϚ𝔖ℭ *Tisch. c m.* patrem GZ* (*sed corr.*) *ff2 m q.* que E. **loquor** *pr.* (λαλῶ ℵAQΓΔ *etc.*): locutus sum *d et* λελάληκα D^{gr}; dico *e q et* λέγω B^{c}LNX. *om.* **ipso** *a d e m.* *om.*

ipse facit opera
11 non creditis quia ego in patre
et pater in me est?
alioquin propter opera
ipsa credite
12 amen amen dico uobis
qui credit in me opera quae
ego facio et ipse faciet
et maiora horum faciet
quia ego ad patrem uado.
13 (128. 4) Et quodcumque petieritis
in nomine meo hoc faciam
ut glorificetur pater in filio
14 si quid petieritis me in nomine meo
hoc faciam.
15 Si diligitis me mandata mea
seruate
16 et ego rogabo patrem
et alium paracletum
dabit uobis
ut maneat uobiscum
in aeternum
17 spiritum ueritatis quem mundus
non potest accipere
quia non uidet eum nec scit eum
uos autem cognoscitis eum

---

a me ipso non loquor. sed pater qui in me manet. ipse facit haec opera.
11 credite mihi.
quia ego in patre. et pater in me. alioquin. uel propter opera ipsa credite.
12 amen
amen dico uobis. qui credit in me opera quae ego facio. et ipse faciet. et maiora horum
faciet. quia ego ad patrem uado.
13 et quidquid petieritis in nomine meo. haec faciam.
ut honorificetur pater in filio.
14 siquid petieritis me in nomine meo. ego faciam.
15 si
diligitis me. mandata mea seruate.
16 et ego rogabo patrem. et alium paracletum. dauit
uobis. ut uobiscum sit in aeternum.
17 spiritum ueritatis. quem hic mundus non potest
accipere. quia non uidet eum. nec nouit eum uos autem cognoscitis eum quia aput uos

---

autem T. **ipse** (*om. d e*): *pergunt* loquitur et opera quae (+ego *a b c*) facio ipse facit *a b c ff₂ m r Faustin. p.* 640 *ap. Sabat.* fecit D. hopera C *semper*; facta *e et u.* 11. 12; +sua *d*; *et* αὐτοῦ *pro* αὐτος ℵBD.

11. **non creditis** (credis EJ) *codd. vg. aur. Aug. cum gr.* U *al. pauc.* οὐ πιστεύετε: credite *uett. rell.* (credis *d*) *Tert. Prax.* 24 *cum gr. plur.*; *deinde* + mihi *uett.* (*exc. ff₂ aur. Tert.*) *cum graeco.* in patrem G. *om.* **est** *a b d f ff₂* q δ Tert. et gr.* ℵ(A)BDL *etc.* > pa. in me et ego in pa. *d Hil. et* D^{gr}. **alioquin** (εἰ δὲ μή): sin autem *d r*; si quominus *e m Tert.*; +uel *a d ff₂ m q* (*om.* **alioquin**) *r Tert. Inc. u.* 12 **alioquin** ℭ *Tisch.*; *nos Stephanum* 1555 *et* 𝔐 *sequimur.* operam ipsam R; > ipsa opera EQ *m*; *om.* **ipsa** *q r Tert. cum gr. min. pauc.* credete 𝔇; + mihi *a b ff₂ m δ et gr.* ABQ *etc.*

12. **uobis** + quia *b c ff₂ aur.* que E. fatio W. *om.* **et** *pr.* D. **faciet** *pr.*: facit BMTQ; *sec.* + et *a. om.* **et mai. hor. fac.** F *e.* orum H; his *q.* **patrem** + meum *e δ et gr.* ΓΔΛ *etc.*

13. quodquumque H, quodcunque Ϛ𝔐; quidquid *a e f q r*; + ab eo *b* (*r*), ab illo *c.* pecieritis W *et* 14; + patrem JϚ𝔖ℭ *cor. uat.* et gr.* 33. **hoc**: ego *b c ff₂*. **glorif.**: clarificetur JKVW *c ff₂*, magnif. *e*, honorif. *a b f q.* filo R, filium M *q.*

14. *om. uers.* F *b.* +et *ad init. ff₂ cum gr.* U *etc.* pepetieritis H; patieritis Y; +a patre meo *ff₂ et gr.* 249. *om.* **me** DERTW *a d e ff₂ q r aur. Aug. Bentl. et gr.* ADGKL *etc.* **hoc** (τοῦτο AB LΛ² *min.*): ego *a d e f ff₂ q δ aur. gr. plur.*

15. dilegitis D, diligis R. **mand.**: praecepta *b c ff₂ m.* **seruate**: custodite *c ff₂ r.*

16. **ego**: e *ex corr.* X. ro^{ga}bo 𝔅. **patrem** + meum DE(patremeum)R. **et** *sec.*: ut D. **paracletum** (παράκλητον): paraclitum EGIJK¹MTRT W𝔖ℭ; paraclytum 𝔅CHΘV; aduocatum *a c e m q Tert. Nouat. Hil., cf.* J. *p.* 503; consolatorem *r Hil. Hieron. in Esai.* xl; *uoluit et Erasm. hoc loco* aduocatum *uel* consolatorem; + spiritum R. dauit O; det D. **ut**: qui *m q.* **maneat** (μένῃ ADΓΔ *etc.*): sit *e aur.*, ᾖ ℵBLQX 33, *et* sit *post* **uobisc.** *a c f ff₂ m q r gr.* ℵ, *post* **aetern.** *b et gr.* B. *om.* **ut man. uobisc.** T* (+*cor.*); *om.* **ut man. . . . aeternum** B* (+*m. ant.*). eternum W. > in aetern. uobisc. *d.*

17. spiritus DE *d.* **sp. uerit.** *om.* T* (+*mg.*). **mundus**: hic mundus *uett. plur. et saepe*; saeculum *e et u.* 19, 22. *om.* **non potest** D* (+*mg.*). **quia** + qui E. *om.* **non uidet eum** D. uidit ΘJQV *ff₂ q.* **eum** *pr. om.* MT; *sec. om. a et gr.* ℵB. **nec scit** (agnoscit *a d*, cogn. *b c ff₂ δ*, nouit *e f q*): nescit DEQR *r gat.* **autem**: *om. a b et gr.* ℵBQ; + uidetis eum et *b r.* **cognoscitis** (agn. *a*, scitis *d r*) ABΔFGH*Θ*IJMMTOSY𝔐 *b f q* = γινώσκετε: cognoscetis 𝔅CDE𝔇H¹Θ^{c}KQRVWϚ𝔖ℭ *δ Aug.*;

quia apud uos manebit
et in uobis erit
18 non relinquam uos orfanos
ueniam ad uos
19 adhuc modicum et mundus
me iam non uidet
uos autem uidetis me
quia ego uiuo et uos uiuetis
20 in illo die uos cognoscetis
quia ego sum in patre meo
et uos in me et ego in uobis
21 qui habet mandata mea
et seruat ea
ille est qui diligit me.
(129. 1) Qui autem diligit me
diligetur a patre meo
et ego diligam eum et manifestabo ei
me ipsum.
22 (130. 10) Dicit ei iudas non ille scariotis
domine quid factum est quia
nobis manifestaturus es
te ipsum et non mundo?
23 respondit iesus et dixit ei
si quis diligit me sermonem
meum seruabit
et pater meus diliget eum
et ad eum ueniemus
et mansionem apud eum

---

manet. et in uobis est. 18 non relinquam uos orfanos. ueniam ad uos. 19 adhuc modicum.
et hic mundus me. iam non uidebit. uos autem uidebitis me. quia ego uiuo et uos
uiuetis. 20 in illa die uos cognoscetis. quia ego in patre meo. et uos in me et ego in
uobis. 21 qui habet mandata mea. et seruat ea. ipse est qui diligit me. qui autem diligit
me. diligitur a patre meo. et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum. 22 dicit ei
iudas. non ille scariothes. domine quid factum es. quia nobis manifestaturus es te ipsum.
et non huic mundo. 23 respondit iesus et dixit ei. siquis me diligit. sermonem meum
seruabit. et pater meus diligit eum. et ad eum ueniemus. et mansionem aput eum

---

cognouistis TXZ* *aur.*, nostis *c e ff₂*. aput GORWX. **manebit**: manet CH*(*corr.* H^1)T *a b c d e f ff₂ q r*. **erit** (*ἔσται plur.*): est T *a b c d e f ff₂* q et ἐστιν* BD* *min.*; + in aeternum *e*.

18. **relinquam**: dismittam *d*. **orfanos** *cum* ABC(hor.)DꝐFGHIKMM̄RSTVXYZ: orphanos ƸFΔEΘ(h *exp.*)JOQW *vg. Tisch.* uenio *b c d e ff₂ r* (*Bentl.*).

19. athuc MSX^c, aduc O. **modicum**: pusillum *a d e q r*. **me** *pr. om.* R. **iam**: amplius *a*; *om. b e δ et gr.* Δ. **uidet** (*θεωρεῖ*): uidebit D *a e f δ gat.* **uidetis** (*θεωρεῖτε*): uidebitis ƸFC(uideu.)DꝐGJW *a b c e f q δ aur. Aug.*; cognoscitis H. *om.* **me** *sec. e r cum gr.* LQ. *om.* **quia . . . uiuetis** *e*. uibo O. uibetis T, uiu||etis O.

20. illa *a c e f ff₂ q r δ*. *om.* **uos** *pr.* V *b emm.*, *gr.* A 249. cognoscitis O*X*. > cognoscetis uos E *c d ff₂ q r δ*, scietis uos *a e*; *γνώσεσθε ὑμεῖς plur. sed ὑμ. γνώσ.* BLM*QX 33. *om.* **sum** CDEJRTX*Z *cod caraf.*, *uett.*, *Bentl.* **uobis** *ex* uos G.

21. abet CT; audit *b c aur.* **mandata**: praecepta *a b c ff₂ aur.* serbat O; seruet ꝐG*K; custodit *a q*. **ea**: illa D *a*. **ille**: ipse D *f*. dileg. *semper* DꝐ. **qui au. dil. me** *om. e ff₂* δ et gr.* Δ. diligitur C(Ꝑ)ΘJKO*QTV *a f r δ aur.* **manifes.**: ostendam *a d e q*. *om.* **ipsum** *r*.

22. **ei** *om. b e cum gr.* Λ. **scariotis** (*casu genetiuo ut in* D^{gr} *ο απο καρυωτου*, *cf. ad* vi. 71, xii. 4, xiii. 2) *cum* AΔHMOQSXY, *et* scariothis BEꝐFGΘI^{1}JM̄*RWZ δ, isscariothis D: scariotes (*ὁ Ἰσκαριώτης gr. rell.*) T *b*, -thes ƸFCI*KM̄^{1}V *f*, iscariotes *vg.*; scarioth *a aur.*, scariotha *c e q*, scarioht *ff₂*; qui a scaryotes *d*; + sed alius *b c ff₂ r*. **domine** + et *q δ et gr.* ℵGHKM *al. plur.* **factum est**: faciam D* (factum *mg.*); facturus es W *foss.*; est (*sine* **factum**) *d*, *et* εστιν D^{gr}, *γέγονεν rell.* **quia**: quod E *a r*. **manifestaturus es** (*μέλλεις ἐμφανίζειν*): manifestes E, -tas *a*; incipis manifestare *b c e* (> nobis man.) *ff₂ r*, futurus es manifestare δ, > incipies nobis ostendere *d*, ostensurus es *q*; *praeterea* > manifes. es nobis *vg.*, > manifestas te nobis *a*; *graeci ἡμῖν μέλλεις ἐμφ. plur.*, > *μελλ. ημειν ενφ.* D. iipsum O; *om.* E *a*. **non** + huic E *uett. plur.*

23. **iesus**: dominus T. **et** *pr. om.* Q. dicit J *c e* (*tantum* dicit ies.) *ff₂*. **ei**: illi E. dileg. *semper* DꝐ. **sermonem**: uerbum (*et* 24) *d e q r*. seruauit BF; seruat T; custodiet *q*, -at *a*. **diliget** (*ἀγαπήσει*) *cum* AΔEGΘIM̄WY *vg. c l^1 et* -gebit *e*: diligit *ex itacismo* BƸFCD(seruabit D*)ꝐFHJKMOQRSTVXZ *uett. plur.* **eum** *pr.*: illum D. ueniam . . . faciam *d e et* D^{gr}. **mansionem** (*μονήν*) *codd. plur.*, *vg.*, *uett.* (habitaculum *d*): mansiones ABƸFΔꝐFHΘMOSTXYZ *aur.* aput GRW. ap. eum manebimus *a*, -emus *c*. *Incipit rursum l.*

faciemus
24 qui non diligit me sermones
meos non seruat.
(131. 1) Et sermonem quem audistis
non est meus
sed eius qui misit me patris
25 haec locutus sum uobis
apud uos manens.
26 (132. 10) Paracletus autem spiritus sanctus
quem mittet pater
in nomine meo
ille uos docebit omnia
et suggeret uobis omnia
quaecumque dixero uobis
27 pacem relinquo uobis
pacem meam do uobis
non quomodo mundus dat
ego do uobis
non turbetur cor uestrum
neque formidet
28 audistis quia ego dixi uobis
uado et uenio ad uos
si diligeretis me gauderetis
utique quia uado ad patrem
quia pater maior me est
29 et nunc dixi uobis prius
quam fiat
ut cum factum fuerit credatis
30 iam non multa loquar uobiscum
uenit enim princeps mundi

---

faciemus. 24 qui autem me non diligit. sermones meos non seruat. et sermonem quem
audistis. non est meus. sed eius qui misit me patris. 25 haec locutus sum uobis apud uos
manens. 26 paracletus autem spiritus sanctus. quem missurus est pater. in nomine meo.
ille uos docebit omnia. et commonefaciet uos omnia quaecunque dixi uobis. 27 pacem
relinquo uobis. pacem meam do uobis. non quomodo hic mundus. dat. ego do uobis.
non turbetur cor uestrum. neque formidet. 28 audistis quia ego dixi uobis. uado et uenio
ad uos. si diligeretis me. gauderetis utique. quia uado ad patrem quoniam pater meus.
maior me est. 29 et nunc dixi uobis. antequam fiat. ut cum factum fuerit credatis.
30 iam non multa loquor uobis. ueniet enim huius mundi princeps. et in me non inueniet

---

24. **me** *pr. om.* R* (+*sax.*). sermonem meum R. serbat CO, obseruat T *q*; serbabit *d* (*et* D^{gr}); custodit *a*, facit *e*. **sermonem** *codd. plur. vg. uett. plur.*: sermo (ὁ λόγος) DƎPQR*T^{c}V *a δ Aug. Erasm.*; + meum (*post* uerbum) *d e r et* D^{gr}, + meus *a*. **quem audistis**: quem auditis *d* (*Bentl.*) *et gr.*; *om. a e*. **misit me** ƐFCD(missit) ƎPGIJKM'ORSTVWZ *vg. b f l* (δ) *aur.*: > me misit ABΔFHΘMQXY *uett. plur.* > patr. mei qui me misit *r*.

25. hec W. loquutus HΘ. aput FGRX.

26. paracli. DEI*JM'TW𝔖ℭ, paracly. ƐFCHΘ KV, aduocatus *a m q*, consolator *r*; *pergit* est autem paracl. ille sp. *etc. a*. > sp. autem paracl. sanctus *e*. **autem** + ille *c ff₂ r*. mittit HST (*ut uidetur*); missurus est *a f q*. **pater** + meus E *d et gr.* DΠ^{2}. **nomine**: no *sup. lin.* G. **omnia**: *pr. om. a*, uniuersa *r*; *sec. om. c*, uniuersa *l*. suggerit IT, sugeret ƎP; commouebit *d*, admonebit *e* (*q*), commemorabit *a r Aug.*, *cf. f*. *om.* **et sugg. uobis omnia** J *b m*. quecumque DEG, quaecunque ʕ𝔓; quae *e et* ἅ *gr. plur.* **dixero** = ἂν εἴπω DΠ 254: dixi *f et* εἶπον *gr. plur.* *om.* **uobis** *sec. a b c e ff₂ l m r aur.*

27. **pacem** *pr.* + meam BƐFEM'OT^{rec}Z^{2} *a e ff₂ aur. gat.*; *sed Aug.* (*Ioh.* 72) '*quid est quod ubi ait* pacem relinquo uobis *non addidit* meam; *ubi uero ait* do uobis, ibi *dixit* meam?' relinq^{u}o B; dismitto *d*, remitto *e*. *om.* **pac. meam do uobis** J *gat. et gr.* X 59. > pac. meam (*om. b q*) do u. p. meam rel. uobis BO *b q*. *om.* **non . . . uobis** *tert. e*. **quomodo** + hic Θ *uett. plur.* **mundus**: u *pr. super ras.* H. conturbetur *a c d e ff₂ q δ*. > uestrum cor *d δ* (*Bentl.*). **formidet**: trepidet *e*, -etur *d*, paueat *l r*, pertimescat *q*.

28. **audistis** *bis scr.* D. **ego** *om.* O* *uett. plur.* (*non d e f q δ*). uob'is H. **uado**: eo *bis a*. **et** + non F. ueniam Z*(*corr.* Z^{2}). dilegeretis DO, diligeritis ƐFΔEƎPHRX, diligetis B; amaretis *a*. gauderitis H*R. hutique C; *om. uett. plur.* **quia** *sec.*: quoniam D; + ego E *e*; + dixi *δ et gr.* EGH *etc.* > ad patrem uado E *e*. **pater** + meus *a f q δ et gr.* ℵ*D^{2}TΔ *etc.* **me** *sec. om.* Δ.

29. **prius**: ante *a c d f ff₂*(quoniam antequam) *q r*. *om.* **quam** M'. quum HΘ. **credatis**: + mihi *d*; + quoniam (quia *gat.*) ego sum *l gat.*

30. **multa**: ultra M. loquor DƎP *a b c f q δ*. **uobiscum** + quia E. ueniet *f q*; *seq. ras.* 3 *litt.* G. *om.* **enim** D(*non* E). **princeps mundi huius** (ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου I. 13. (*non* 69). 346. 2^{pe} *et patres multi*) *codd. et vg. et* princeps saecu'li huius *e*: > princeps huius mundi DGM'T *ff₂ Aug.*; *et* > huius mundi princeps *a b c d f l q* (*Bentl.*) *δ*, mundi huius princeps *r*; ὁ τοῦ κόσμου τούτου

huius et in me non habet
quicquam
31 sed ut cognoscat mundus
quia diligo patrem
et sicut mandatum dedit
mihi pater sic facio
surgite eamus hinc.
XV. 1 Ego sum uitis uera et pater
meus agricola est
2 omnem palmitem in me
non ferentem fructum
tollet eum
et omnem qui fert fructum
purgabit eum
ut fructum plus adferat
3 iam uos mundi estis propter
sermonem quem locutus
sum uobis
4 manete in me et ego in uobis
sicut palmes non potest
ferre fructum a semet ipso
nisi manserit in uite
sic nec uos nisi in me manseritis.
5 Ego sum uitis uos palmites
qui manet in me et ego in eo
hic fert fructum multum
quia sine me nihil potestis
facere
6 si quis in me non manserit
mittetur foras sicut

---

quicquam. 31 sed ut cognoscat hic mundus quia ego diligo patrem meum. et sicut
mandatum dedit mihi pater sic facio. surgite eamus hinc. XV. 1 Ego sum uitis uera.
et pater meus agricola est. 2 omne sarmentum quod in me non affert fructum tollit eum.
et omne quod affert fructum. purgat eum. ut fructum plurimum afferat. 3 iam uos mundi
estis. propter sermonem. quem locutus sum uobis. 4 manete in me. et ego in uobis.
sicut sarmentum. non potest fructum afferre a semetipso. nisi manserit in uite. sic nec uos
nisi in me manseritis. 5 ego sum uitis. et uos sarmenta qui manet in me. et ego in illo.
hic affert fructum multum. quia sine me. nihil potestis facere. 6 qui non manserit in me

---

ἄρχων Stephanus. **non habet** (abet C) **quicquam** (quidq. OZ𝕾𝕮) *codd. plur. et vg. et* non hab. nihil G *q* (*om.* non) *r = οὐκ ἔχει οὐδέν gr. plur.*: non hab. nihil inuenire *d*, nihil hab. inuenire *a et ουκ εχει ουδεν ευρειν* D^{gr}; non inueniet quicquam *f et εὑρήσει οὐδέν* KΠ *min.*, nihil in me inuenit *Aug.* (*in Ioh.* 3).

31. **cognoscat**: sciat *e r*, sciatis *d*. mundum O*(*corr.* O^1) *d*. **quia** + ego D *a e f r*. dilego DꝐ. *om.* **et** Z*(+Z^1) *b* ff_2* *et gr.* A*E. **mandatum** (praeceptum *b c* ff_2 *l*) **dedit** = *ἐντολὴν ἔδωκεν uel δέδ.* BLX *min.*: mandauit *d et ἐνετείλατο* ℵADΓΔ *etc.* *om.* **pater** *d e l* *et* D^{gr}. surgete ꝐP. *om.* **hinc** TW (*uide ad* xv. 1).

XV. 1. + *ad init.* Surgite eamus hic W; + dicit eis F. agricula OR; agricultor *a c*.

2. **palmitem** (*κλῆμα*): sarmentum *a d e f l q*. **in me non fer. fr.**: non facientem fr. in me E *gat.*; non faciens in me fr. *e*; quod in me (> in me quod *a*) non adfert (-eret *a d*) fr. *a d f l q*. tollit *a b d f* ff_2 *l aur.* (*Bentl.*) *et gr.* **eum** *pr.* + pater DQ *b c l r*. **omnem** *sec. om. l*. **qui fert** (adfert Q *gat. f*, feret *c*, adferet *b d e* ff_2 *r*) **fr.**: fructiferum̃ *a q*. purgauit OT; emundabit *e*; purgat *a f*, *et gr. plur. καθαίρει, sed καθαριει* D. **eum** *sec. om. a q*. **plus**: plurimum *b c f* ff_2 *l*, ampliorem *a d r*, maiorem *q*, multum *e*. afferat CFΘKMVWZ^2 *vg. Tisch.*; adfer*t E.

3. **iam . . . fructum** *u.* 4 *om. d et* D^{gr}. **estis** + sed non omnes *l deinde def. ad u.* 15. **sermonem**: uerbum *a q r Aug.* loquutus Θ.

4. sicuti C. palmis ꝐPGMS; palmites W; sarmentum *a* (+ uitis) *c e f q*. **ferre**: facere R *q*. **fructum** + multum D. > fruc. ferre *a e q* (*Bentl.*), fr. adferre *f r δ*, *cum ord. graeco*. ha C; **ab** D. semed C; se D *a b e* ff_2 *q r*. *om.* **ipso** *a b e* ff_2 *q r*. **manserit** (*μείνῃ plur.*); maneat *a r et μένῃ* ℵBL. uitem O, uitae EΘ*I; uinea *a* (-am) *r δ*. **nec**: et ERTX* *a b c* ff_2 *r gr.* X *al. pauc.* **uos . . . manseritis**: qui in me non manserit *b* ff_2 (manet); qui non maneat in me *r*. maseritis G; maneatis *d*. > mans. in me EꝐPMTO *e q*.

5. **ego** *pr.*: + enim *a d*. **uitis**: uinea *r*. **uos**: + autem DEꝐPQR; + estis *a c r*. **palmites** (palmes *r*): sarmenta *a c d e f q*; + estis DE *δ*. **qui**: si quis *a*. manserit MTOX* *a*. eum DFG. **fert** *codd. plur.*, *vg.*, *e* (feret) *δ aur.*: adfert BDE MTOQZ* ff_2^{c} *q r*, aff. KVXZ^2 *c f*, adferet *a b d* ff_2*. **multum**: copiosum *a c* ff_2 *q*. *om.* **me** *sec.* V. nichil W; non *d*, *et om. ουδεν* D*. *ad fin.* + nisi in me quis manserit *a*, + n, quis permanserit in me *r*.

6. + et *ad init.* KZ. **quis** (aliquis *d*) + autem *a b r*. **me** + iam V. **manserit**: maneat *d et μένῃ* ℵ*ABD. > non manserit in me K *f q δ* (nisi). **mittetur** *codd. plur. et vg. contra gr.*

palmes et aruit
et colligent eos et in ignem
mittunt et ardent.
7 (133. 4) Si manseritis in me et uerba
mea in uobis manserint
quodcumque uolueritis
petetis et fiet uobis.
8 (134. 10) In hoc clarificatus est
pater meus
ut fructum plurimum
adferatis
et efficiamini mei discipuli
9 sicut dilexit me pater
et ego dilexi uos
manete in dilectione mea
10 si praecepta mea seruaueritis
manebitis in dilectione mea
sicut et ego patris mei
praecepta seruaui
et maneo in eius dilectione
11 haec locutus sum uobis ut gaudium
meum in uobis sit
et gaudium uestrum impleatur
12 hoc est praeceptum meum
ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos.
13 (135. 4) Maiorem hac dilectionem
nemo habet ut animam suam

---

praecidetur sicut sarmentum. et proicietur foras. et arefiet. et colligent ea. et in ignem
mittunt. et ardent. 7 si autem manseritis in me. et uerba mea in uobis manserint.
quidquid uolueritis petere fiet uobis. 8 in hoc clarificatus est pater meus. ut fructum
plurimum afferatis. et possitis fieri mei discipuli. 9 sicut dilexit me pater ita ego dilexi uos.
manete in dilectione mea. 10 si praecepta mea seruaueritis. manebitis in dilectione mea.
sicut et ego praecepta patris mei custodiui. et maneo in eius dilectione. 11 haec locutus
sum uobis. ut gaudium meum in uobis maneat. et gaudium uestrum impleatur. 12 hoc
est praeceptum meum. ut diligatis inuicem. quemadmodum dilexi uos. 13 maiore hac

---

ἐβλήθη: mittur T*(+te T^c); mittitur J, missus est *d* (*Bentl.*); proiectus erit *e*, proicitur *a q*; praecisus est *b c* ff$_2$ *r cf. f*; *deinde* + precissus D. *om.* **foras** *hic b c e f* ff$_2$ *r*. sicuti C. palmis GMOX; palmites W; sarmentum *c d e f q*, -ta *a*; +et mittetur (missus est *b* ff$_2$*, proicietur *f*) foras *b c f* ff$_2$; + proiectus D, + et proiectus foris *r*. *om.* **et** *pr.* D *r*. **aruit** (*ἐξηράνθη*): arescit DGHTZ^2 ff$_2^c$ *r aur.*, exarescit *δ*; arescet E(-cent)KVW *vg. a c q Aug.*; arefit *e*; -fiet *f*; + et proiectus E. **colligent** (*contra gr. συνάγουσιν*): colleg. DTZ; congregabunt *a q*, -gant *d*; colligunt *e* (*Bentl.*). **eos** (*αὐτά* ΑΒΓΛ *etc.*): eum DERTVW *vg. r δ aur.*, illud *d e q*, *et αὐτό* ℵDL *etc.* **in** *sec. om.* X*(+X^2). **mittunt** (*βάλλουσιν*) *codd. plur. et* G^c *et uett. plur.*, *et* mittuntur B(*sed forsan* mittentur)G*MTOQ: mittent CƎPIRTVWX *vg. a q Aug. et εμβαλουσιν* 33. ardet DETVW *vg. d e r δ aur. Aug.*; conburetur *q*; ardebunt *a*; *gr. καίεται.*

7. **si** + autem *d f cum* D^{vr}. **manserint**: nt *ex m. rec.* R; *om. q.* quodcunque [illegible]. **uolueritis** (*θέλητε*): uultis *d e et θελετε* A *min.* **petetis et** (*αἰτήσεσθε καί gr. plur.*) *codd. plur. et vg.*: petitis et BFGRTXZ^c; petite et D *b d e* ff$_2$* *q δ et αἰτήσασθε καί* ABDL *etc.*; > et petetis ƐFH*(*corr.* H^1); > et petieritis MTOQZ*(*corr.* Z^2); petere *f*, *et* > petere uolu. *a c*; *om. r aur.* **fiet**: perficiet *r*. *om.* **uobis** *d e et gr.* D*.

8. glorificatus est *d e*, honorificatus est *q r*, honorificabitur *a*. **plurimum**: multum *a d* (> mul. fr.) *e δ*; copiosum *q*. afferatis CFHΘIKQVWXZ^2 *vg.*; feratis *a e*; faciatis ff$_2$. **efficiamini**: sitis *a d e q r*, possitis fieri *f*.

9. **dilexi**: diligo ƐF. **uos** *ex* uob W. > uos dilexi *a b d e* ff$_2$ *q et gr.* BD*L 1. **dilectione**: caritate *a d e q et u.* 10. *sequitur ras. unius lineae* T.

10. **si . . . dilectione mea** *bis scr.* Y. precepta *bis* D, *pr.* W; mandata *bis d e r δ*, *sec. a.* seruab. ΔSTYZ, serbab. O; custodieritis *a.* maneuitis O, manebit Z*(*corr.* Z^2), -bis W. **mea** *sec. om.* E. sicuti C. *om.* **et** *d q δ gr.* ABLX *al. plur.* *om.* **mei** *a b c* ff$_2$* *q aur. et gr.* B. > praecepta patris mei EQ *f* (*c d e q r δ*) *et gr.* ADLXΓΔ *etc.* seruabi OT; custodiui *f.* **eius**: eus R; huius *a.* **dilectione** *sec.*: dilectionem M*R.

11. hec W; + autem *d.* loquutus HΘ. **ut**: in W. *om.* **in uobis . . . uestrum** F. **in uobis**: uobiscum Z*(*corr.* Z^2). **sit** (*ᾖ* ABD *min.*): maneat *f r δ et μείνῃ gr. plur.* > sit in uobis *c et gr.* 33. inpleatur CDMTO.

12. prec. DW; mandatum *a d e q r.* *om.* **meum** X*. dileg. D. sicuti C; qua dilectione *c* ff$_2$*; + et ego *a.*

13. **maiorem** (*μείζονα*) *codd. plur.* (*et* Y^{mar}) *vg. uett. plur.*: maiore ƐFY* *a f* ff$_2$; maior T. **hac** (*ταύτης*) ABƐFCΔƎP*H*JMTOVXY*Z^c *vg. b c f* ff$_2$ *δ*, huius *d*: hanc DEƎP^{mg}FGH^{c}ΘIKMQRSTWY^{mar}Z* *a e q aur.* **dilectionem** (*ἀγάπην*) *codd. plur.* (*et* ƎP^{mg}) *vg. uett. plur.*: caritatem MT *a e q r*;

quis ponat pro amicis suis.
14 (136. 10) Uos amici mei estis si feceritis
quae ego praecipio uobis
15 iam non dico uos seruos
quia seruus nescit quid facit
dominus eius
uos autem dixi amicos
quia omnia quaecumque audiui
a patre meo nota feci uobis
16 non uos me elegistis
sed ego elegi uos
et posui uos ut eatis et fructum adferatis
et fructus uester maneat.
(137. 4) Ut quodcumque petieritis
patrem in nomine meo
det uobis.
17 (138. 10) Haec mando uobis ut diligatis
inuicem
18 si mundus uos odit scitote
quia me priorem uobis
odio habuit
19 si de mundo fuissetis
mundus quod suum erat
diligeret
quia uero de mundo non estis
sed ego elegi uos de mundo
propterea odit uos mundus.

---

dilectione. nemo habet. ut animam suam quis ponat pro amicis suis. 14 uos amici mei
estis. si feceritis quae ego praecipio uobis. 15 iam non dico uos seruos. quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. uos autem dixi amicos quia omnia quaecunque audiui a patre
meo nota feci uobis. 16 non uos me elegistis. sed ego uos elegi. et posui uos. ut et uos
fructum afferatis. et fructus uester maneat. ut quidquid petieritis patrem in nomine meo
det uobis. 17 haec mando uobis. ut diligatis inuicem. 18 si hic mundus uos odit. scitote.
quia me priorem uobis odio habuit. 19 si de hoc mundo fuissetis. mundus utique quod
suum est diligeret. quia uero de hoc mundo non estis. sed ego elegi uos de hoc mundo.

---

dilectione 𝔅𝔉𝔓*JX *f*. naemo E. **habet** + quam Dϛ. **ut** + si *q*. *om.* **quis** *a b c d e* ff_2* *r et gr.* ℵ*D*. > ponat quis GΘM *vg. Aug.*

14. **uos** + enim *d et gr.* ℵ*D*. amihi T, hamihi C. e||tis X*(*corr.* X^c); hestis C. **feceritis**: reciperitis *a*. **quae** (que E) = ἃ ℵDLX *min.*: quod *a e q Cypr. et* δ B; quaecumque δ *et* ὅσα AΙΓΔ *etc.* *om.* **ego** T *a e Cypr. et gr.* Λ *al. pauc.* **praecipio** (ἐντέλλομαι): praecepi DO*(+o O^c)Z* (*corr.* Z²); mando *d e q r* (δ) *Cypr.* (*de Eccl. un.* 2 *et Ep.* 63. 14) *qui distinguit* si fec. q. mando uobis, iam non dico uos seruos.

15. **dico** (λέγω): dicam SWY*(*ut uidetur*)ϛ𝔖𝔈 *q Iren. Mass. p.* 243 (*codd. Clarom. Ottob. Uoss.*). **uos** *pr.*: uobis ET. > uos dico (*q*) *r cum gr.* DΙΓΔ *etc.* **seruos** + sed amicos E *a* (δ). **quid** (quod D) **facit** (τί ποιεῖ) *cum* A𝔅𝔉DΔ𝔓*GHIMOSY *b d* ff_2 *aur.*: quid faciat BCE(faciet)𝔓¹FΘJKMTQRTV WXZ *vg. Tisch. a c e f q r* δ *Iren. Aug.* hamicos C. quecumque D, quaequumquae H, quaecunque ϛ𝔓 (ὅσα D*S *min.*); quae *a d e q r Iren. et* ἃ *gr. plur.* audibi T. *om.* **meo** *Iren.* notam feci E ff_2; notui δ, manifestaui *e Iren.*, demonstraui *d*.

16. **ego** + dilex D (*sed expunct.*). **elegi** *om.* T* (+*cor.*). possui D𝔓R; ordinaui *c q*. *om.* **et posui uos** δ. **ut** *pr.* + uos *d e* (*f*) *q* δ *et gr. plur.* e^a tis T; *om. f.* **fructum adferatis** (καρπὸν φέρητε) B𝔉DE𝔓GJMTORSTYZ*, *et* fr. aff. AC ΔFHΘIKMQVWXZ² *vg. Tisch.*: fr. feratis *l q*; fructificetis *a c* ff_2 *r*. **et** *tert.*: ut *a*. **maneat**: est *e*. **ut** (hut C) **quodcumque** (quodquumque H, quodcunque 𝔓𝔖; quidquid *d f q r*, si quid *e*) *codd. vg. uett. plur.* = ἵνα ὅ τι ἄν: et quodcumque V *l Lucif. cum gr.* καὶ ὅ τι ἄν 13. 69. 124. 346 (*perperam Tisch.* καὶ ἵνα, *uide W. H. Ferrar 'Collation of* 4 *MSS. of the Gospels'* 1877); *item om.* ἵνα ℵ* (*sed non habet* καί). pecieritis W. **patrem**: a patre (+meo E *gat.*) EY *a b c* ff_2 *l q r gat.* **nomine**: *inter* i *et* n *ras. circa* 5 *litt.* O. detur M. *Def.* Δ *ad* xvi. 33.

17. hec W. **mando**: praecipio *r*. **ut diligatis**: diligite *d e et* D^gr. **inu.**: alterutrum *l*; + sicut dilexi uos T.

18. **mundus**: saeculum *e r semper.* hodit C *et* 19. **quia**: qui Q. *om.* **me** K*(+K¹). **priorem** (prior. ē V): primo *e Cypr.* (*Test.* III. 29, *ad Fort.* 11, *Ep.* 58. 6), -mum *d*, prius *a q* (+ quam). > priorem me ΘW *c*. **uobis**: *om.* D*(+D¹) *a b c d e* ff_2* *Cypr. et gr.* ℵ*D; uos Q *q*, uestrum *r*. **odio** (hodio CE, odi Q) **hab.**: odiit *a d e q r Cypr.*

19. fuis setis R; fuisetis E; essetis *a d e l q Cypr.* **mundus** *pr.* + utique *c f q* δ. **quod suum erat**: suum *d* δ; uos *a* (+ utique). **erat** + utique D. dilegeret D𝔓; amaret *a* (*d*) *e q r Cypr.* > uero (-rum *l*) enim quia *b l*. **non estis** *partim euanuit in* D. hestis C; eratis (*sine* non) *d et* D^gr. *om.* **ego** J. aelegi C. propter ea AS; ideo *a q*.

20 (139. 3) Mementote sermonis mei
quem ego dixi uobis
non est seruus maior domino suo.
(140. 10) Si me persecuti sunt
et uos persequentur
si sermonem meum seruauerunt et
uestrum seruabunt.
21 (141. 1) Sed haec omnia facient uobis
propter nomen meum.
(142. 3) Quia nesciunt eum qui
misit me.
22 (143. 10) Si non uenissem et locutus
fuissem eis
peccatum non haberent
nunc autem excusationem
non habent de peccato suo.
23 (144. 1) Qui me odit et patrem
meum odit.
24 (145. 10) Si opera non fecissem in eis
quae nemo alius fecit
peccatum non haberent
nunc autem et uiderunt
et oderunt et me et patrem meum
25 sed ut impleatur sermo qui
in lege eorum scriptus est
quia odio me habuerunt gratis.
26 Cum autem uenerit paracletus
quem ego mittam uobis
a patre spiritum ueritatis
qui a patre procedit
ille testimonium perhibebit de me
27 et uos testimonium perhibetis

propterea odit uos mundus. 20 mementote sermonis. quem ego dixi uobis. non est seruus
maior domino suo. si me persecuti sunt. et uos persequentur. si sermonem meum
seruauerunt. et uestrum seruabunt. 21 sed haec omnia facient uobis. propter nomen
meum. quia ignorant eum qui me misit. 22 si non uenissem et locutus eis fuissem.
peccatum non haberent. nunc autem. excusationem non habent de peccato suo. 23 qui
me odit et patrem meum odit. 24 si opera non fecissem in eis. quae nemo alius fecit.
peccatum non haberent. nunc autem et uiderunt. et oderunt. et me et patrem meum.
25 sed ut impleatur sermo. qui in lege eorum scribtus est. quia odio me habuerunt gratis.
26 cum autem uenerit paracletus. quem ego mittam uobis a patre. spiritum ueritatis. qui
a patre procedit. ille testimonium perhibebit de me. 27 et uos testimonium perhibetis.

20. memores estote *a q*. **sermonis** *codd. et vg.*, uerbi *q, τοῦ λόγου gr. plur.*: sermonem *b*, uerbum *r, τον λογον* ℵ; sermones E *d e* ff_2 *l, τους λογους* D. *om.* **mei** *uett.* (*exc. q δ aur.*) *Bentl. et gr. mul.* *om.* **ego** *e r aur. Cypr. et gr.* ℵ. **dixi**: locutus sum *r*. > maior seruus MTQ. **suo** *in ras.* ƎP¹; *deinde* + nec apostolus maior eius qui misit eum si haec nostis felices estis si feceritis ea non de omnibus uobis dico ego scio quos elegerim *a et* + *ουδε απ. μειζων του πεμψ. αυτον* 254. 55^ev. persequuti ƎPHΘ. **sermonem**: uerbum *d l q*. seruaberunt T; seruauerint H^1ΘKMT¹V, seruabunt *e*; custodierunt *d*, -iunt *q, et infra* custodient *d*.

21. **sed**: *om.* QR; si E. hec W. *om.* **omnia** *d et gr.* DX. faciunt Z*(*corr.* Z^3) *a b c e* ff_2* *aur.* **uobis**: circa nos *b c* ff_2* *l et εἰς ὑμᾶς* ℵBD*L, in nos *d*. **nomen**: sermonem ƎPmgR. **nesciunt**: ignorant *a f q*, non nouerunt *e*. **eum**: etum H; *om. d.* *om.* **qui misit me** BF. missit DƎP. > me misit ƎPKMTO(me *bis* O*)VZ *uett. plur.*

22. loquutus HΘ; + non MT *cor. uat. mg.* 𝔖. > eis (+ non Q) fuissem *contra graecum* G^1(*om.* **eis** G*)QRX *c d f* ff_2 *l r aur. Aug.*, ill. fuis. *a q*. *om.* **autem** *e et gr.* ℵ. excuss. DƎPR. **habent**: haberent E. *om.* **suo** *c e* ff_2 *l q*.

23. hodit *bis* C, *sec.* T.

24. hopera C; operam DF. feci *d e* ff_2*. **quae**: quam D. **autem** + excusationem non habent quia *l*. *om.* **et** *pr. c l*; *om.* **et uid. et** *q*; *om.* **et od.** *l*. **uid.** + me *e*. hoder. C; odio habuerunt *b r*. *om.* **et** *tert.* DET *a c d e* ff_2 *l q r et gr.* D.

25. inpleatur CDG, adimpleatur *vg. edd. ant.* (*exc. Froben* 1502); impleretur Z*(*corr.* Z^2). **sermo**: uerbum *a d q r*. scribtus BFG^1IOSYZ; scriptum HMT, scribtum EG*. **quia**: qui MT* (*corr.* MT¹). **odio me habuerunt** *codd. plur.* (hod. CJ; habuer^ant H) *et c f l*: > odio hab. (haberunt D) me DEƎPmgQWZ° *vg. b* ff_2; oderunt me ƎP*KMTOVX*Z *a d e q r δ aur.*

26. quum HΘ. **autem**: *om.* Q *e l m δ et gr.* ℵBΔ; ergo *a b c* ff_2 *r*. paraclitus DEIJRTW𝔖ℭ, paraclytus BFCHΘV; aduocatus *e q r*, consolator *m*; + ille *a r*. mitto *d* ff_2 *aur. cum gr.* D. ha *bis* C. **a patre** *pr.*: *om.* D *q et gr.* G; + meo *a c d* ff_2 *m et gr.* A*(?)DΠ* *min.* spiritus *e*. **patre** *sec.* (a *in ras.* G): + meo *a b c d r et gr.* D. **procedit**: prodiit *d e*. **ille** *partim in ras.* A. test. peribebit CT; test. perhibet OQRZ* *c δ*; test. dauit *d*, test. dicet *m*, testis erit *e*, testificabitur *a q r*.

27. **test. perhibetis** (perib. Z) *codd. plur. a c f*

quia ab initio mecum estis.
XVI. 1 Haec locutus sum uobis ut non
scandalizemini
2 absque synagogis facient uos.
(146. 1) Sed uenit hora ut omnis qui
interficit uos arbitretur
obsequium se praestare deo
3 et haec facient quia non nouerunt
patrem neque me
4 sed haec locutus sum uobis
ut cum uenerit hora eorum
reminiscamini quia ego dixi uobis.
(147. 10) Haec autem uobis ab initio non
dixi quia uobiscum eram
5 at nunc uado ad eum qui me misit
et nemo ex uobis interrogat
me quo uadis?
6 sed quia haec locutus sum uobis
tristitia impleuit cor uestrum
7 sed ego ueritatem dico uobis
expedit uobis ut ego uadam
si enim non abiero

---

quia ab initio mecum estis. XVI. 1 Haec locutus sum uobis. ut non scandalizemini.
2 de synagoga uos expellent. sed ueniet hora. ut omnis qui interfecerit uos arbitretur se
sacrificium obtulisse deo. 3 sed haec facient uobis. quia non cognouerunt patrem neque
me. 4 haec autem locutus sum uobis. ut cum uenerit hora illorum. reminiscamini quia
ego dixi uobis. haec autem uobis ab initio non dixi. quia uobiscum eram. 5 nunc autem
uado ad eum qui me misit. et nemo ex uobis interrogat me quo uadis. 6 sed quia haec
locutus sum uobis. tristitia repleuit cor uestrum. 7 sed ego ueritatem dico uobis. quoniam
expedit uobis ut ego uadam. nam si ego non abiero paracletus non ueniet ad uos. si

---

l δ aur. cum gr. μαρτυρεῖτε, *cf.* test. datis *d*, testis estis *e*, testificamini *r*: test. perhibebitis (perib. T) CEHΘJKTW *vg. b ff₂ Aug.*, test. dicetis *m*, test. reddetis *q*; + de me *ff₂*. **quia**: qui 𝔖 *c l.* hestis C; fuistis ꝐmgQR *q*.

XVI. 1. hec W *et u.* 3. 4. 5. loquutus Θ. **uobis**: uos A. scandaliszemini E, scandalizamini R; + eum *r*.

2. **absque** (habs. C, absce R; eas quae in E) **synagogis** (sin. Ꝑ¹MTRW, sinagis Ꝑ*, synagogiis E*) **facient** (-unt Q) **uos** (uobis F δ) = *ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς cf.* ix. 22, xii. 42: remouebunt uos de syn. *r*, expulerunt uos a synagogas *e*; de synagoga uos eicient *d*, extra synagogam uos fecerunt (facient *a*, > facient uos *Aug.*, > fecerunt uos *c*) *a c ff₂ gat. Aug.*; quia eicient uos de synagogis *l*, quoniam in synagoga uos eicient *q*; *f uide supra.* ueniet GKV *c e f l q r Cypr. bis* (*ad Fort.* 11, *Ep.* 58. 2). **hora** + mea *c.* omnes O. interficerit D; interfecerit *b c f ff₂ l* (*Bentl.*); interficiet δ; occiderit *a d e q r Cypr.* arbitrabitur T; putet *d e Cypr.*, aestimet *a b q r.* **obsequium se** *cum* A𝔉FGHΘIMQRSWX *vg. l* (obseq. pr. se) *Aug.*: se obseq. se CE; > se obsequium BDꝐJK MTOTVXZ *b ff₂ r δ aur. Bentl.*, *cf.* se sacrificium *a f q*, se hostiam *d*, se culturam *e*, se officium *Cypr.*; *om.* **se** *c.* prestare 𝔉CDF; adferre *e*, offerre *a d q*, obtulisse *f.* facere *Cypr.* > deo praestare (*a*) *b* (*e*) *ff₂ r.*

3. **et**: sed *b c e f ff₂ l Cypr.* faciunt Q *c q*; + uobis DIWX *vg. a c d f ff₂ Aug. et gr.* ℵDL. cognouerunt Ꝑ *d e f q Cypr. Aug.*

4. *om.* **sed** *a d e l et* Dgr. loquutus HΘ *et* 6. quum Θ. ora O. *om.* **eorum** *a d et gr.* D 68; *item om. αὐτῶν hic* ℵΥΓΔΛ *etc. sed + post μνημονεύητε.* reminiscemini R; memores sitis *a d e l Cypr.*, memineritis *q.* **hora eorum, reminiscamini** *distinximus cum* AMℭ *f etc.*: hora, eorum reminiscamini 𝔗𝔓, hora eorum reminiscamini 𝔖; > hora, reminiscamini eorum *ff₂ δ, et gr. plur. ἡ ὥρα* (+ *αὐτῶν* ABΠ* *min.*) *μνημονεύητε αὐτῶν, sed ἡ ὥρα αὐτῶν μνημονεύητε* LΠ² 13. 69. 106. 346. **quia**: quae B *aur.*; quid *e.* **ego**: ege *lapsu* G*. *Inc. u.* 5 **haec autem uobis** 𝔓ℭ *Tisch.*; *nos Stephanum* 1555 *sequimur.* **uobis** *sec. om.* D. hab C. > ab initio uobis BQ *d et gr.* D *min.* > ab initio non dixi uobis T.

5. **at nunc** (*νῦν δὲ*) *codd. plur. l aur. cod. caraf. et* nunc autem *uett. rell.* (uero *a*) *Aug.*: et nunc 𝔉EJOQXZ*(*corr.* Z²) *vg.*; nunc *tantum* HΘ. missit DꝐ. > misit me ΘMTT *vg. Tisch. b ff₂ l et* mittentem me *δ, cum gr.* quo (ubi *r*) uado *c r.*

6. **quia**: qui Q. tristicia W. inpleuit ꝐGOT, inplebit C, implebit S, inpletur D, inplebitur MT (*δ ut udtur*); adimpleuit *d aur.*, repleuit *c f l q r*, replebitur *m.* > cor ues. impl. *a.*

7. *om.* **sed** *e.* **uobis** *pr.*: *om.* D; + quoniam J *c f r*, + quia *m.* > uob. dico *a*, *cum gr.* KLYΠ *min.* > uob. uerit. dico *r.* **exp. uob. ut** *om.* T* (+ *cor.*). **expedit**: utile est *e.* **ego** *sec. om. cor. uat.* b.* *om.* **enim** D *b c e ff₂* l m.* **enim** + ego B(D)EcMTOQ (*e*) *f q δ* (*et* + ego *post* abiero *a b c ff₂*) *et gr.* ΑΓΔ *etc.* paraclitus DEHIJRTW𝔖ℭ, paraclytus 𝔉CΘVZ³; aduocatus *e m q*, consolator

paracletus non ueniet ad uos
si autem abiero
mittam eum ad uos
8 et cum uenerit
ille arguet mundum de peccato
et de iustitia et de iudicio
9 de peccato quidem quia non
credunt in me
10 de iustitia uero quia ad patrem
uado et iam non uidebitis me
11 de iudicio autem quia princeps
mundi huius iudicatus est
12 adhuc multa habeo uobis
dicere
sed non potestis portare modo
13 cum autem uenerit ille spiritus
ueritatis docebit uos
omnem ueritatem
non enim loquetur a semet ipso
sed quaecumque audiet
loquetur
et quae uentura sunt adnuntiabit uobis

---

autem abiero. mittam eum ad uos. 8 et ueniens ille. arguet mundum de peccato. et de
iustitia. et de iudicio. 9 de peccato quidem quia non crediderunt in me. 10 de iustitia uero.
quia uado ad patrem meum. et iam non uidebitis me. 11 de iudicio autem. quia princeps
huius mundi damnatus est. 12 adhuc multa habeo uobis dicere sed non potestis portare
modo. 13 cum autem uenerit ille spiritus ueritatis diriget uos in omnem ueritatem. non
enim loquetur a semetipso. sed quaecunque audierit loquetur. et quae uentura sunt.

---

r. uenit X* *c.* **si autem** + ego MT *a.* habiero CT; + ego *m.* mitam E. *om.* **si autem . . . ad uos** R; *om.* **ad uos** *sec. e.*

8. quum Θ. uerit *lapsu* G; aduenerit *c* ff_2 *aur.* **uenerit, ille arg.** *distinximus cum* AꝸƎPHM VW *l δ aur.*: uenerit ille, arg. JQ *vg.* (*e f*) *q.* arguit O. **mundum**: saeculum *semper e.* peccatis *e.* iusticia W, iustia O. iuditio EW.

9. + et *ad init.* Z*(*sed corr.*); + quid D. pecato G. **quidem**: enim D. **credunt** *codd. plur.* 𝔊 *uett. plur. et gr. plur.*: crediderunt CDH[1](*om.* r *sec.*)ΘJKMTO(creded.)QTVZϚ𝔖ℭ *a c e f q δ aur. Aug. et gr. min. pauc.* ἐπίστευσαν. *om.* **in me** Z* (+ Z[2]). **me**: eum G.

10. iusticia W. > eo ad patr. *a b* (*f r*). **patrem** + meum *c f q δ et gr.* AΥΓΔ *etc.* etiam *uno ductu* D, aetiam E. *om.* **iam** *q et gr.* Π* *min.* uidetis EIZ*(*corr.* Z[2]) *d Bentl.*; *gr.* θεωρεῖτε. > me non uid. *a c.*

11. iuditio EW. *om.* **autem** *a.* **quia**: qui R* (+ a *cor.*). > huius mundi DƎPKM*QR *vg. a c f* ff_2 *q r Aug.*; + iam W *vg. b q.* indicaturus O; damnatus *f.* **est** *om.* ƎP*(+ ƎP[1]).

12. + et *ad init.* D. athuc FMST; super δ*, insuper δ° *et* ἐπὶ Δ *pro* ἔτι. abeo C. de uobis *e.* > uobis habeo DX. **uobis dicere** (*cum gr.* ℵBLY *min.*) *codd. plur. vg. uett.*: > dicere uobis *d δ Bentl.*, quae dicam uobis *a et* λέγειν ὑμῖν ADI[b]ΓΔ *etc.* **potestis** + illa *a c d* ff_2 *r*, + ea *b*, *et* + αυτα D. **portare** (baiolare D) + illa E, + ea *e m.* > modo port. *a c* ff_2 *m r aur.*

13. quum HΘ. *om.* **autem** *d e r et* D[gr]. **docebit uos omnem ueritatem** (= διηγήσεται ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν *Eus. bis, Cyr. hr.* 270 *apud Tisch. T. G.* 8, *cf. uers. anglo-sax.* he lǽrþ eow ealle sóþfǽstnysse) BꝸCΔEHΘIJKMTOTVWZ *vg. Aug.*, *et* disseret uobis omnem ueritatem *m*, *item confuse* docebit uos in omnem ueritatem ADƎPFG MQRSXY *Tisch. δ aur.*, doc. uos in omni ueritate *c*, doc. uos in ueritate omnia *l*: uos deducet in omnem ueritatem *a*, diriget uos in omnem ueritatem *f q r et* ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν I[b]ΓΔΛΠ *etc.*, ὁδ. ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθ. πᾶσαν ABY; deducet uos in ueritate omni *b* ff_2 (> omni uerit.), uos diriget in ueritate omni *d*, = ὁδηγ. ὑμᾶς (> υμας οδηγ. D) ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ ℵDL, inducet uobis ueritatem omnem *e*; *uoluit* deducet uos in omnem ueritatem *Bentl.*, *item habent* ὁδηγήσει *codd. gr. omnes et uerss. et* deducet *Tert. bis*, *Ambr.*, ducet *Tert. semel*, introducet *Fulgent.*, diriget *Nouat.*, *Hil.*, praeibit *Uictorin. Af.*, *et duas lectiones notat Aug. in Ioh.* 96 4, 100. 1, *uide praesertim* 100. 1 'docebit uos *inquit* omnem ueritatem; *uel quod in nonnullis codicibus legitur* deducet uos in omni ueritate'; *et cf. Orationem Liturgicam infra Octau. Pentecost.* 'mentes nostras . . . inducat in omnem *sicut filius tuus promisit* ueritatem' *apud Sabat.* loquitur *pr.* ƎPFMOQZ, *sec.* FOQ. ha semed C. **sed** + haec D *b l*; + haberet E* (*sed improbatum*). quecum. DE, quaecun. Ϛ𝔊, quaequum. H; quae *b m.* **audiet** (ἀκούσει BDE*): ie *in uitio pergamenae scr.* O (*deinde* + et); audierit T *a c d f* ff_2* *m q aur. et* ἀκούσῃ AE[2]GK *etc.*; audit *b e l et* ἀκούει ℵL 33; + ea *q.* **quae** (que GW) **uent. sunt**: uentura *q δ*, super uentura *d*; futura *e l m.* **adnuntiabit** *cum* ꝸCEƎPH(d *sup. lin.*)ΘIJMTRZ[1], *et* -uit BO(d *sup. lin.*)Z*, adnonciabit G: annuntiabit AFKMSTVY(n *pr. sup. lin.*)Ϛ𝔊, annunc. W𝔖ℭ, annuntiauit X, anuntiabit D. *Post hunc uersum deficit l.*

14 ille me clarificabit
quia de meo accipiet
et adnuntiabit uobis.
15 (148. 3) Omnia quaecumque habet
pater mea sunt.
(149. 10) Propterea dixi quia de meo
accipiet et adnuntiabit uobis
16 modicum et iam non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me
quia uado ad patrem.
17 Dixerunt ergo
ex discipulis eius ad inuicem
quid est hoc quod dicit nobis
modicum et non uidebitis me
et iterum modicum
et uidebitis me?
et quia uado ad patrem?
18 dicebant ergo quid est hoc
quod dicit modicum?
nescimus quid loquitur
19 cognouit autem iesus quia
uolebant eum interrogare
et dixit eis
de hoc quaeritis inter uos
quia dixi modicum
et non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me?
20 amen amen dico uobis quia
plorabitis et flebitis uos
mundus autem gaudebit

---

adnunciauit uobis. 14 ille me clarificat. quia de meo accipiet. et adnunciauit uobis.
15 omnia quaecunque habet pater mea sunt. propterea dixi uobis. quia de meo accipiet.
et adnunciauit uobis. 16 modicum adhuc. et non uidebitis me. et iterum modicum et
uidebitis me quia uado ad patrem. 17 dixerunt ergo discipuli eius ad alterutrum. quid est
hoc quod dicit nobis. modicum. et non uidebitis me. et iterum modicum. et uidebitis
me. et quia uado ego ad patrem. 18 dicebant ergo quid est hoc quod dicit modicum
nescimus quid loquitur. 19 cognouit autem iesus. quia uolebant eum interrogare. et dixit
eis. de hoc quaeritis inter uos. quia dixi modicum et non uidebitis me. et iterum modicum
et uidebitis me. 20 amen amen dico uobis quia uos plorabitis et flebitis mundus autem

---

14. clarificauit MMTOX;. honorif. *a q*, glorif. *d e*. *om.* **et** D; *om.* **et adn. uobis** *aur.* **adnuntiabit** *plur.*, -uit O, adnontiabit G: annuntiabit DFHMVYϛ𝔐. -uit X; adnunciabit B (*ut udtur*), annunc. W𝔖ℭ; nuntiabit R (*e*) *m.* *om. uers.* T* (+*cor. in marg.*).

15. quecum. DEW, quaecun. ϛ𝔐, quaequum. H; quae *d e*. **pater** + meus *m.* propter hoc *d e*; ideo *a m.* **dixi** + uobis *a e f* ff_2 *q r cor. uat.* *non mg. et gr.* ℵ^cL *min.* *om.* **quia . . . adnunt.** *e.* **accipiet** (λήψεται ℵ^oAKΠ *etc.*): accipit Z*(*corr.* Z²) *a et gr. plur.*; accepit D. adnuntiauit O; annuntiabit DFMVYϛ𝔐, -uit SX; adnunciabit B (*ut udtur*), annunc. W𝔖ℭ; nuntiabit *m.*

16. + ecce *ad init. c.* **modicum**: pusillum *bis a d e q r*; *pr.* + adhuc *f q*, *et* + ετι 122. etiam *uno ductu* DHKRV, aetiam E; + et E ff_2. *om.* **iam** *a d e f q* δ, *et* οὐ (*pro* οὐκέτι) AYΓΔ *etc.* *om.* et i. n. uid. me et it. pusillum *r**. uideuitis *bis* O, *sec.* C. *om.* **et** *sec.* T* (+*cor.*). **me** *sec.* + et DW *aur. et gr.* 69. *om.* **quia . . . patrem** *a b d e* ff_2* *r et gr.* ℵBDL.

17. *om. uers.* D. dicebant X* *ut udtur*, δ*. **ex discipulis** (ἐκ τῶν μαθητῶν): discipuli BEℨ^mg JQRT^cX* *a b c f* ff_2 *r*; et discipuli G (*sed* discipulis G*). **eius**: *om.* J; + quidam δ. **ad inu.**: ad alterutrum *b f*, intra se *q*. *om.* **hoc** JQ ff_2. dicet FG *b q*, dixit *a*. **modicum**: pusillum *bis a* (ecce p., post p.) *d e q r*. **uidebitis** *pr.*: uidetis *Bentl. et* θεωρεῖτε *gr.* (οψεσθε D). **iterum modicum** *lapsu repetitum in* V; *expunxit* V¹ *et* **uidebitis me** *superscr.* **et** *tert. om.* T. uideuitis *sec.* O. **et** *quart.* R. **quia**: + ait *c*; quod dixit *a*; + ego *d*.

18. *om.* **dicebant ergo** *a b d e r et gr.* D* *al.* 5. **ergo** *partim in ras.* X. *om.* **hoc** D. **quod**: quid E. dixit T; + nobis JMT. *om.* **quod dicit** *a b d* ff_2* *r et gr.* ℵ*D* *min.*; *om.* **hoc q. d.** *e.* **modicum**: pusillum *a d e q r.* non scimus *e*; non intellegimus *a.* loquatur JX*Z *aur.*, loquetur E; dicit *d*, -cat *r*, -xit *a*.

19. cognuit R; sciuit *r*, intellexit *e*. **autem** (δέ UΠ *min.*) *codd. et vg. et f q Aug.*, *cf.* et cogn. *c* ff_2: ergo QR δ *Bentl. et* οὖν AYΓΔ *etc.*; *om.* X* (+*sup. lin.* X¹) *a b d e r aur. et gr.* ℵBDL. ihesus T. **uolebant** (ἤθελον): incipiebant *c* ff_2* *et* ἤμελλον ℵ 69. **eum**: illum R. **interr.** + de hoc *d et* D^gr. queritis EHMT, equer. W (e *pr. exp.*), inquiritis *r*. **inter uos**: ad (in *d*) inuicem *a c d e* ff_2 *q*, cum alis alio *b*. **modicum**: pusillum *bis a d e q r.* uideuitis *bis* O; uidetis *pr. Bentl.* (θεωρεῖτε).

20. **plorabitis** (κλαύσετε): plorau. O; flebitis *a b c* ff_2 *q r*. **flebitis** (θρηνήσετε *plur.*, πενθήσετε

uos autem contristabimini
sed tristitia uestra uertetur in gaudium
21 mulier cum parit tristitiam
habet quia uenit hora eius
cum autem pepererit puerum
iam non meminit pressurae
propter gaudium
quia natus est homo in mundum
22 et uos igitur nunc quidem
tristitiam habetis
iterum autem uidebo uos
et gaudebit cor uestrum
et gaudium uestrum
nemo tollet a uobis
23 et in illo die me non rogabitis quicquam.
(150. 4) Amen amen dico uobis
si quid petieritis patrem
in nomine meo dabit uobis
24 usque modo non petistis
quicquam in nomine meo.
Petite et accipietis
ut gaudium uestrum sit
plenum.
25 (151. 10) Haec in prouerbiis locutus
sum uobis
uenit hora cum iam non in

---

gaudebit. uos tristes eritis. sed tristitia uestra in gaudium erit. 21 mulier cum parit
tristitiam habet. quia uenit hora eius. cum autem natus fuerit infans. ultra non meminit
tribulationis. prae gaudio. quia natus est homo in mundo. 22 et uos igitur. nunc quidem
tristitiam habetis. iterum autem uidebo uos. et gaudebit cor uestrum. et gaudium uestrum.
nemo aufert a uobis. 23 et in illo die. me non rogabitis quicquam. amen amen dico uobis.
siquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis 24 usque modo. non petistis quicquam.
in nomine meo petite et accipietis ut gaudium uestrum sit adinpletum. 25 haec in prouerbiis
locutus sum uobis. sed ueniet hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis. sed palam de

---

Λ² *etc.*): fleu. O, fletis T; lugebitis *a b c* ff_2 *r*, plangetis *d e q* (-ebitis); + me D. *om.* **et flebitis** E *et gr.* Λ*. **mundus**: saeculum *semper r.* **autem** *sec. om. uett.* (*exc.* δ *aur.*) *cum gr.* ℵ*BDΛ. 1. contristabemini ЭPO; tristabimini T *c*; tristes eritis G *a b e f q r*, tristitiam habebitis *d*. tristicia W, tristia R. **uestra** *om.* X* (+ *sup. lin.* X¹). conuertetur (G)MT*R (-atur R* *sed corr. sax.*); > in gaudium uertetur ff_2° δ (+ uel fiet) *Bentl. cum gr.*, > in g. (gandio G) conuertetur G *a b r*, in g. transferetur *d*, in g. ueniet *c d e* ff_2* *q*, in gaudium erit *f Aug.*

21. quum *bis* Θ, *sec.* H. paret HR; parturit *a q*. tristiciam W, tristiam R. abet C. ora OT; dies *a b c d e* ff_2 *r et gr.* D 248. **pepererit** *cum* ABƎFHΘIJKMOXY *vg. d* ff_2 *r*, *cf.* genuerit G *a* δ: peperit CDEЭPMTQRSTVWZ *b c q aur.*; *e cum f.* pue||rum V; infantem *d q r*. **iam**: amplius *a*, ultra *f*; *om. q.* me^mi^nit G; est memor *a q r*, habet in mentem *e*. praessurae CЭPGJKO RZ* (*sed corr.*), praesurae EMT, praesure H, pressure W, presurae D; tristitiae *c d Ambr.*, doloris *q*, tribulationis *a f r*; *gr.* θλίψεως *sed* λυπης D. *om.* **est** *et* > homo natus D. **in** + hunc D^mg *a b c d* ff_2, + hoc *q*. mundo JX *f q*; saeculum *e*.

22. higitur C; *om. b c e* ff_2 *et gr.* U *al. pauc.* *om.* **quidem** *a*. tristiciam W, tristiam O. > trist. quidem nunc δ *cum gr.* AC³ΔΠ *etc.* **habetis** (ἔχετε ℵ*BCYΓΔ *etc.*) CEΘ*IJKMRTVWZ *vg. c f* ff_2 *q* δ *aur. Aug.*: habebitis ABƎFDЭPFGHΘ^c MTOQSXY *Tisch. a b d e r et* ἕξετε ℵ^c ADL *min.* **autem** + et Q. uide^b^o H. **gaudebit**: laetabitur *r*. **tollet** (ἀρεῖ BD*Γ) *cum* ƎFCDHΘIJKMTQRT VWZ *vg. c d* δ *aur. Aug.*, auferet *a* ff_2 *r*: tollit (αἴρει ℵACD²LYΔ *etc.*) ABЭPFGMOSXY *b Bentl.*, aufert *e f q*; tollat E. > nemo auf. gaud. uestr. *q*.

23. **et**: sed *a*; *om.* O *e et gr.* X *min.* illa E *a c e* ff_2 *q r* δ. *om.* **me** DJRSZ *c aur.* **rogabitis** ACEFGHΘIJMQSTX^c Y𝔅𝔖ℭ *d f* (*r*) *Aug. cor. uat.*: interrogabitis BƎFDЭPKMTO(-uitis)RVWX* (*ut udtur*)Zϛ *a b* (-gatis) *c* ff_2 *q* δ *aur.*; *gr.* ἐρωτήσετε; metuebitis *e*. quidquam Z𝔖ℭ, quemquam J. **non . . . quicq.**: nihil *a b e q et d e q in u.* 24; non . . . nihil *d r et b in u.* 24. **uobis** *pr.* + quoniam *a c r*, + quia δ, *cum* ℵAD²XΓΔ *etc.* si quis EH; quaecumque δ *et* ὅσα ἄν ΓΔΛ *etc.* pecieritis W. **patrem**: a patre X* *b c* ff_2 *aur. gat.*; patri meo E *et* + μου *gr.* Y. dauit O; dabitur *e*. > dabit uobis in nomine meo δ *cum gr.* ℵBC* LXYΔ. **dabit . . . meo** (*u.* 24) *om.* T*(+ *cor.*).

24. husque C. mod° O; nunc *d e q*, adhuc *a*. petitis R; potestis O. quidquam CZ𝔖ℭ; aliquid T^c. **ut**: et D. **plenum**: repletum *d r*, impletum *b c e* ff_2 *aur.*, *cf. f.* > plenum sit H (*d*).

25. hec W; hoc E. prouerbis *pr.* ЭPRY, prouerbium E* (*corr. m. rec.*); prouerbis *sec.* EЭPRY Z*(*corr.* Z¹); similitudinibus *bis a*: *gr.* παροιμίαις. loquutus sum HΘ; dixi *a*. **uenit . . . pro** *in mg. scr.* Y¹. + sed *ante* **uenit** *c f q r* δ *cum gr.* AC³ D²ΓΔ *etc.* ueniet *a b c e f q r*. quum HΘ; ut *a*,

prouerbiis loquar uobis
sed palam de patre adnuntiabo uobis
26 illo die in nomine meo petetis
et non dico uobis quia ego
rogabo patrem de uobis
27 ipse enim pater amat uos
quia uos me amatis
et credidistis quia ego a deo exiui
28 exiui a patre et ueni in mundum
iterum relinquo mundum
et uado ad patrem.
29 Dicunt ei discipuli eius
ecce nunc palam loqueris
et prouerbium nullum dicis
30 nunc scimus quia scis omnia
et non opus est tibi ut quis
te interroget
in hoc credimus quia a deo
existi.
31 (152. 4) Respondit eis iesus modo cre-
ditis?
32 ecce uenit hora et iam uenit
ut dispergamini unusquisque
in propria
et me solum relinquatis
et non sum solus quia pater

---

patre adnunciabo uobis. 26 in illa die. in nomine meo postulabitis. et non dico uobis.
quia ego rogabo patrem de uobis. 27 ipse enim pater diligit uos quia uos me diligitis. et
credidistis quia ego a deo exii. 28 exiui a patre. et ueni in hunc mundum. iterum relinquo
hunc mundum. et uado ad patrem. 29 dicunt ei discipuli eius. ecce nunc palam loqueris.
et prouerbium nullum dicis. 30 nunc ergo cognoscimus quia scis omnia. et non opus est ut
quis te interroget. in hoc credimus quia tu a deo uenisti. 31 respondit eis iesus. modo
creditis. 32 ecce ueniet hora. et nunc uenit. ut dispergamini unusquisque in propria. et me

---

quando *e*. loquor E. **palam** (in pala *d*): aperte *r*, euidenter *e*. **de patre**: *om*. Q; + meo E *Aug*. **adnuntiabo** 𝔉CE𝔓GΘIJK𝔐OZ: annunt. ABD FMSTVXYϚ𝔜, annunc. HW𝔖ℭ; nuntiabo R *a e q*; indicabo *r*, manifestabo *b c*.

26. **illo** *codd. plur. et b e* (illa) *aur. Aug.*: in illo D𝔓𝔐R *vg. Tisch. cor. uat.*, in illa E *a c d f ff*$_2$ *q r* δ. diae C (hora *e*); + in illo die T* (*sed eras.*). petitis BFGQRXY *b ff*$_2$, petite *a et* αιτησασθε ℵ; *q = f*. **et** + ego J; *sequitur tantum* ego rogabo propter uos *a*. **ego**: *om*. T* (+ *cor.*) *c*. **patrem** + meum E *d et gr*. D. *om*. **de uobis** *b c d e et gr*. 36. > de uobis rogabo patrem D.

27. **amat**: diligit *b d e f*. *om*. **quia uos** *a*. **amatis** (*contra graecum* πεφιλήκατε) *cum* A𝔉D𝔓 FGHΘIKM𝔐OQRSWY *c ff*$_2$ *r*, diligitis *b f*: amastis BC(ham.)EJTVXZ *vg. Tisch. a q* δ *aur. cor. uat. Aug.*, dilexistis *d e*. **credidistis** (πεπιστεύκατε) *codd. plur. vg. et* credistis K: creditis 𝔓^{mg}HΘMR *b c ff*$_2$ *r*. *om*. **ego** AHϚ* *b*. **a**: ex J. exibi O *et* 28, exii 𝔓. **a deo . . . ueni** (*u*. 28): a deo (patre *d et* D^{gr}) exiui et ueni T* *b d cum gr*. D; a deo patre exiui et ueni D *ff*$_2$*; a deo exiui a patre et ueni R *e* δ *gat.*; a deo exiui et a patre ueni *a r*; a patre meo a deo exiui et ueni E; *de graecis uide Tisch. T. G.* 8 *ad loc.*

28. + et *ad init*. FT^c *aur*. **in** + hunc D𝔓^{mg}R *uett. plur.* (*ut semper*). **mundum** *pr.*: + et D𝔓 𝔐*OQ *e*; saeculum *semper e*, *sec. r*. reliquo BE; dimitto *d*. **uado**: ibo *e*. **patrem** + meum *c et gr*. H.

29. *om*. **ei** GM*(+ *sup. lin.* M^1) *e q cum gr*. ℵ*BC*D* *etc*. *om*. **eius** *a foss. et gr*. 2^{pe}. *om*. **ecce** D. in palam *d*; fidenter *e*. loquaeris V. prouerυium O; similitudinem *a e*. ^{n}ullum T; inullum *d*.

30. **nunc**: + autem H; + ergo *c f r*. cognouimus *d*. **scis**: nosti CT *a* (te omn. nosse) *c e ff*$_2$ *r*. **omnia**: patrem *e*. **opus** (hopus C) **est tibi**: opus habet *d*, necese habemus (habes *cor.*) δ, [hab]es nec. *r*, desideras *q*, indigeri *a*. **quis**: quisquam *a*, aliquis *c d ff*$_2$ *q r*. > inter. te + aliquid *e*. **existi** (ἐξῆλθες): uenisti T *a f et* ἐλήλυθας 69. 124 *al*. in hoc dixi uobis quia a deo exiui *ff*$_2$*.

31. a modo FΘZ* (*sed corr.*) *a*; nunc *e*. credite δ.

32. **ecce** + iam T. ueniet *pr. a f q r*. ora O. etiam *uno ductu* DT, aetiam E; *om*. **iam** *d Bentl. cum gr*. ℵABC*D* *etc*. **uenit** *sec. om*. T. u^t 𝔉. **disperg. . . . solum** *om*. E. dispargamini FJMT; dispargatur *e r*. hunusquisque C. **in propria** (εἰς τὰ ἴδια): in sua *d ff*$_2$ *q*, in suam regionem *c r*, in sua regione *a b*; a se *e*. relinquetis DE δ, -itis F; derelinquatis J; dismittatis *d*. **et** *tert.*: sed CΘT *a r*. **sum** (*sup. lin.* X^1) **solus**: solum *e*; solum solus *lapsu* V; ero solus *a*. **pater** + meus *q et gr*. Y 69 *etc*. *Ad u*. 33 *inc. rursum* Δ.

mecum est.
33 (153. 10) Haec locutus sum uobis
ut in me pacem habeatis
in mundo pressuram
habebitis
sed confidite ego uici mundum.
XVII. 1 Haec locutus est iesus
et subleuatis oculis in caelum
dixit
pater uenit hora clarifica
filium tuum
ut filius tuus clarificet te
2 sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis
ut omne quod dedisti ei det
eis uitam aeternam
3 haec est autem uita aeterna
ut cognoscant te solum uerum
deum et quem misisti
iesum christum
4 ego te clarificaui super terram
opus consummaui quod
dedisti mihi ut faciam
5 et nunc clarifica me tu pater
apud temet ipsum
claritate quam habui prius

---

solum relinquatis. et non sum solus. quia pater mecum est. 33 haec locutus sum uobis.
ut in me pacem habeatis. in hoc autem mundo. tribulationem habebitis. sed constantes
estote. quia ego uici mundum. XVII. 1 Haec locutus est iesus. et eleuauit oculos suos
in caelum et dixit. pater. uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius tuus clarificet te.
2 sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det ei uitam aeternam.
3 haec est autem uita aeterna. ut cognoscant te solum uerum deum. et quem misisti iesum
christum. 4 ego te clarificaui super terram opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.
5 et nunc glorifica me tu pater. gloriam quam habui aput te ipsum. priusquam mundus

---

